



Xe. 226^a

an anthonio libri. Danieli. exopt. 3. folios.

FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES

NOSOLOGIA METHODICA

SISTENS

AEGRITVDINES MORBOS PASSIONES

ORDINE ARTIFICIALI AC NATVRALI.

CASTIGAVIT EMENDAVIT AVXIT

ICONES (IAM X.) ETIAM

AD NATVRAM PICTAS

ADIEGIT

C. F. DANIEL.

TOM. I.



O. T. Saft. 1799.

LIPSIAE

SVMTV E. B. SCHWICKERT L
A. M DCC LXXX.



Ud 249

(1)



P R A E F A T I O.

Medicorum vulgus, et eruditionis expers (heu immensum numerum) et eruditionis capax, doctrinā manca nutritus, morborum leuem ideam adeo habet, vt paucis numeris absolui putet, cuique morbo suam medelam statuens, vt antiquitus aegrotos ad tempa viaisque publicas ponebant, parique ratione medelam adferebant. Eiusmodi viris nihil commercii cum *Sauvagesii* laboribus esse futurum, facile persuasus, non habeo, quod eorum caussa enunciem, qui manubus et hanc eius editionem non palpabunt. Hinc doctorum, aut doctrinam sui culturam ambientium, virorum commercium nobiscum erit: ad hos itaque sermo noster dirigitur. Qui *Sauvagesii* laborem magni aestimant, docti viri, licet vitia, ab *ipso* commissa, probe nouerint, vt quidquid a nobis sit praeflitum, quod antea desiderabant, quid in sequentibus praeflandum sit, candide enuncient, volo, etiamque volo: sic tandem prodibit labor, aegritudinum farraginem probe exponens.

Accedo ad iuvenes medicos, probe praeparatos, qui cupiant naturam aegritudinum probe scrutari, et *Sauvagesium* ducem volunt, quem nisi omnino sequantur, habeant tamē pro egregio consultatore, vt aegritudinem in subiecto praesentem agnoscere et obseruatione eius aut dicta vltro stabilire, aut noua specie, aut varietate, augere possint.

In *theoria pathologica* scriptorem nostrum ducem quempiam esse electurum, non exspectaturus, non studui, augere, quae iam nimia habuit, resecui potius plura, quae, quamvis attentione non prorsus essent indigna, in sequentibus tamen nullius erant utilitatis, aut connexionis. Retinui tamen, quae philosophica et mathematica erant, licet ob rationem dictam et haec cadere potuissent, quod credam, medicos hodiernos, obseruatorum copiam, experientiam magis, quam theoriam, quaesituros, ne empirici euadant, eiusmodi theoriis omnino carere non posse; huncque laborem, quo magis eius ornamentum et vis experientiā nititur, eo facilius iuuenes a tramite recto abducturum credidi, nisi quaedam theoriae rudimenta probae notae subfissent. At in sequentibus etiam theoriae multum abscondam. Ut enim febrium exemplo utar, euictum est, medicorum sententias nimis facile diem non superiuere: vt historia sententiarum longe utilior esset, quamvis non sit huius loci. Igitur theoriae tantum retinebo, quantum cum sequentibus cohaeret, atque aut vera experientia niti videtur, aut in praxi utilitatis erit; mouetque forte medicos, vt naturam aegritudinum in eo magis excolant: vt tamen quaedam seruem, quae sententiam *A. Stahliani* exponant, quae hodie iterum extollit coepit.

Augere potius laborem hunc sludebo speciebus et varietatibus aegritudinum, vt iam in exemplis vides.

Repetitiones nimias vt resecem, oportet: quare aliqua iam resecui, quae aliorum spe-

PRAEFATIO.

v

stant, v. g. phlegmone, erysipelas cet. quae suō loco
inuenies. ~~amboīgen do asperiles om̄is adūt
tum̄ non arīam multī mandū erit~~

Vt autem practicis labor utlitor euadat, qui saepe
obruti negotiis morbum paucis verbis definiendum
volunt, verorum morborum connexionem dabo,
(*nosologiam veram*) ad finem, cum supplementis
omissorum. Sic euitantur repetitiones repetitiae, v. g.
signorum faburrac, plethorae, quae in auct. refeco,
rel.; vnoque intuitu et indoles morbi, et species, varie-
tasque indagari potest.

Hunc tomum edo, vt sciam a doctis viris,
quid faciendum, omittendumue in sequentibus,
mox secuturis, sit. Neque vero tanta in hoc mu-
tare volui, quanta forte in sequentibus oportebit,
quum hic *vitiorum* labor non sit *Sauvagesii*, sed *amicū*
eius, sufficiatque, morbos chirurgicos breui adie-
cisse, quae in libris chirurgicis largius exhibentur.
Neque etiam omnem laborem adeo onerare volo,
vt desiderem, quasi eum sistere, ne quis practicorum
ultra *Sauvagesium* sapere possit: quod si exspectem,
laborem forte quidem meliorem exhibitus essem,
at certe finem ne attingerem quidem, imo non
attingerem desideratum, vt practici breui bonum
et tutum consultatorem tenerent. Omitto itaque
de industria plura, quae bene nosco, nisi ad aegri-
tudinum naturam stabiliendam, aut discernendas
species et varietates, conferant.

Si quis resecta, alienata a me, in prioribus
Sauvagesii editionibus, legere voluerit, is in tribus
distributis inueniet, quorum copia facilis.



PRAEFATIO.

Leuiores castigationes dictionis, potissimum
in hoc tomo necessarias, ob neglectum, chirurgi-
cum forte, latinum stilum, multis non tangam:
mutauit plura, retinui leuiora vitia, si breuitati, aut
rei ipsi, conuenire videbatur: curatius saepe cum
typographi dolore, interpunxi; quo non raro lux
in tenebris incenditur. Doleo, quod editio in octa-
uo nondum ad manus fuerit, quae in his illis forte
adiuuisset.

Quae vere *mea* sunt, parenthesi [] hac inclusa
proponuntur, nimis accurate forte ab adiuuante
correctore adiecta: vt possessor editionum priorum
facilius inueniat alienata, noua.

Auctoris effigies, eius si copiam nanciscitur
librarius venditor, operi adiicitur; accedunt
iam icones, aegritudines, tum morbos, tum
passiones, illustrantes, et descriptione saepe rectius
distinctiusque sistentes, quod cognitionem intuiti-
uum clinicam quasi absolvit, ad naturam, vt spero,
quod dicunt, illuminatae plures. Scrib. Hall. Magdeb.
a. d. x. m. Apr. *clo locc lxxxv.*

F. B. DE SAUVAGES
NOSOLOGIA
METHODICA.

TOM. I.

LIBRARY
NO SOLO GIA
AD PICTUM

PROLEGOMENA.

1. **N**ullus est, qui, vulgaribus medicinae principiis imbutus, animum paulo attentius ad praxin appulerit, cuius ob oculos infinitae fere quotis diebus non obuersatae fuerint difficultates, quemque vel morborum diversitas, vel signorum confusio, vel noua symptomatum facies, vel auctorum dissensio, ut millena alia mittam, haerentem et anspitem non detinuerint. Ego quidem ad has redactus angustias, si collegas consulebam, ad longiorem usum et diuturniorem experientiam breui dimittebar; si auctores euoluebam, in ipsorum scriptis bene multa quidem inueniebam, sed ad rem non attinenterat: id enim solemne nimis est, *quidquid in libris illis non quaeritur, illud ubique obrium est; quidquid vero quaeritur, hoc nesciun adest.* (Vtina nō nobis alienum!) Deinde reperi forte praticos eximos, simulque antiqueae fidei viros, qui, se similibus olim nodis irretitos fuisse, dicebant, et ita his oppressos, ut fere medicinae vale dixissent, nisi aut amica quaedam manus suppetias tulisset, aut se communi omnibus neuitius infortunio laborare sensissent. Hoc est utique exiguum, sed unicum ferme, miseris solatiū, quod tamen mentem meam hoc onore non penitus liberauit, unde fedulus semper aridneum quoddam inquisiū filum, cuius ope ab illo praeceos labyrintho me possem extricare.

2. Primam in cognoscenda morbi curandi speciem sitam esse difficultatem sensi facile; alteram in detegenda indicatione, aut methodo ad eam speciem curandam accommodatam, iacere non difficilis intellexi: verum desicere libros, ex quibus morbi cuiusvis species pateat, et propria cuilibet medendi methodus deduci possit, hoc nemo medicorum inficiabitur; notum siquidem est, hunc esse, si auctoriis fides sit, usum theoriae medicae, ut in diuersis et infinitis casibus, quos praxis exhibet, medici gressus dirigat, atque observationum penuriam supplet, ita, ut huius ope munitus tiro, quotquot species morborum reperit, possit ex suo systemate non solum apte distinguere, sed etiam deductis ex eodem fonte indicationibus curare: tantum autem inualuit haec opinio, ut omnis candidatus, vix & scholis egressus, verbis, distinctionibus, et qui-

A



burdam hypothesis munitus, omnes ferme spernat autores, *Hippocratem* et *Galenum* derideat, seque in medium morborum aciem, velut omnes vi suae theoriae superaturus, audacter immittat. Ast imbellem tot hostes circumdant, tot fistunt obices, vt breui temeritatem suam sentiat, terga vertere tamen erubescat, ad artis magistros reuerti nesciat; quid sit? ex desperatione crescit audacia, maxime si medicastros, planos, sibi famam et opes verbosis strophis, et arte veteratoria comparantes, obseruauerit, quod heu! nimis frequens est; ille eamdem init viam tirunculus, et vultu, gestu, ad grauitatem composito, suam tum ignorantiam, tum diffidentiam, fiduci velans audaciā, venales phrases ore doctorali profundit, et cum diu aliis sciens et volens imposuerit, semetipsum tandem dedudit, ipse fallitur, et se magni momenti personam existimat.

3. Qui non stupore vulgi fibi quaestum facere, sed artis prudentiam honestis studiis comparare contendunt, illi non a quacumque theoria in medicinae praxin duci se patientur, nec omnem empiricorum instar theoriam abiicient: hanc quidem sedulo vites, cuius principia precaria ex phantasia potius, quam ex repetita experientia, deducuntur, quaeque in possibilibus subsistens, factis, seu experimentis, indubitate non vnde quaque fulcitur: ea etenim pro basi artis medicae non licet assumere, de quibus usque adeo sumus incerti, ut nemo de bonis suis tam incertus esse velit; non enim vitae minor, quam pecuniae, habendae debet esse cura: non itaque pro certis obtundenda sunt, de quibus inter viros et mathematicae doctos, et minimis praeiudiciis irretitos, disputatur, siue quae sensu perceptis certitudine se non exaequant, vt monet *Pitcaurus*.

4. Sed quantum abest, vt similibus principiis hoc usque superstructa sit theoria medicalis eam, antequam detecta fuisse circulation, falsam et erroribus plenam fuisse, facile concedetis. O systematici! eam, ante hocce saeculum, furnorum chymicorum fumo obnubilatam, et a veritate multum alienam esse, clamabitis omnes, qui hodie primas tenetis, mechanicae sediaeautores; supereft itaque, vt vestra theoria, *mechanicae* titulo condecorata, veritatis scopum certius attigerit, et ita tuta sit, vt praxi viam breuem et planam sternat, quam tironibus, non operoso et longo usu eruditis, sequi sufficiat. Inde tamen fe-

quitur, ut veteres faltem theoriae, utpote fallaces et erroneae, praxi medicae promouendae inutiles fuerint, adeoque hallucinati sint harum seclarum patronos, qui, ad haec usque tempora, medicinae culmen attigisse putabant, ut gloriantur hodierni mechanici.

5. Si tamen, quod res est, effari liceat, utcumque neoterici concedam, paulo feliciorē esse nostris, quam antiquis, temporibus praxin medicam, hoc tamen theoriae praefrantiori tribuendum non est, sed tantum annosiori, et cumulatae sensim practicorum experientiae; principia siquidem, quae pro mechanicis iactantur, ita sunt a veris mechanices* principiis aliena, ita sunt erronea, ut ea veterum Galenicorum et potissimum Ballonit, Dureti, ac Riuierii principiis nequaquam anteponenda videantur: cordis machinam ad instar mobilis perpetui sine motore moueri, et proinde a fluidorum inertia et viscositate, vasorumque afflicitibus nequaquam retardari, quin a resistentius motum adaugeri, vulgo pronunciant neoterici, elastica corpora cum prementibus repagulis minime aequilibrai, sed, quo fortius distenduntur, eo facilius restitui, putant, fluida vero in locis angustioribus non respectiue, sed absolute, maiorem velocitatem obtinere, contendunt, quamquam vis pellens solito maior non fuerit: ex legibus sympathiae, stimulorum, nullibi promulgatis, sed commentitiis, oeconomiam animalem regi, seu, quod idem est, fato quodam caeco gubernari volunt nuperi, et hanc lepidam theoriam, licet mechanicae, in Scientiarum Academiis cognitae, prorsus contraria, mechanicae epitheto condecorant.

6. Nec mirum est, quod ipsi neoterici, licet eidem seculae mancipati, inter se tantum dissideant, quantum omnes a veris geometris dissident, et non solum in diuersis regionibus, sed etiam in eadem schola, circa eundem morbum, iporum sententias sibi inuicem repugnant. Febris, morborum classis, in exemplum afferatur: hanc ab irritato et vellicato corde primus; alter ab eo corde intus presso et a sanguine distenso;

* Neque vero medicina, solum non stabili semper nituntur fundamericis principiis continetur, mento, ut satendum sit, praxin quod ne A. quidem voluit, qui experientia magis nisi, quam theo- animae tantum tribuit: sed aliis rīa, eadem utcumque san- ptiam, quea tamen, quod addam,

tertius ab obstruētis extremis sanguiductibus; quartus a lymphaticis arteriosis impeditis; quintus a venis maioribus compressis; sextus a fluidi neruei prauā indole; septimus a systematis neruei tensione et commotione, cetera deducere conatur. Quaenam ex illis est theoria, quae, inconcussis anatomiae et hydraulicae principiis innixa, cunctis satisfaciat phænomenis, et praxi solidam, tutamque basin sternat? Omnes a decennio circiter caput extulere; controuertuntur a geometris singulae; nullam, ex his sufficienti tempore, praxi utilem aut necessariam esse, probavit experientia, quae rerum est magistra; imo qui diuersa sentiunt in theoria, non inde diuersis auxiliis in praxi febrem impugnant; idem enim medicus, si ex lanio-nūm turba fuerit, febrem repetitis phlebotomiis aggreditur; quam si stercorarius sit, vt cum *Ged. Harvey* loquar, repetitis catharticis et clysmatibus insequetur, licet eam neuter a plethora, nec a cacochylia, sed a minimorum vasorum obstruktione, factam arbitretur. Eximium et non pridem fato funeris hic nouimus praedictum (*Du Verry*) qui, licet omnes morbos, tum acutos, tum chronicos, chylo crassiori tribueret, hos tamen eadem oppugnabat methodo, quā certe i, diuersis omnino opinionibus imbuti, quales Illustrissimi *Vieu-sens* et *Chirac*, qui morbos omnes fermentationi, et illustr. *Deidier*, qui eos turbatae circulationi, tamquam causae, accentabant. [Ad felicitatem generis humani spectat, quod, licet dissentiant medici in theoria, in praxi tamen clinica saepe convenient. Quod vnde accidat, alibi dicendum est.]

7. Nulla est ergo huc usque inter theoriam et praxin conexio; praxis traditione comparatur, nec quis ita de suis principiis theoreticis certus est, vt ab illis, dum de corio humano agitur, dirigi se patiatur; et merito quidem, cum hoc usque pauca sint principia, de quibus ita parum dubitari possit, quam in re graui et seria necessum esset: vndenam vero accidit, vt ars medica, omnium nobilissima et antiquissima, tam exiguos progressus fecerit, vt theoria nondiu ad praxin candidatos manuducere possit, seu tam pauca principia certa et indubitate suppeditet? Hocce infortunium et artis difficultatem summannam, et artificum negligentiam et incuriam, forte maiorem, arguit. Non multi sunt artifices, qui veram scientiam fibi comparare

debitâ faltem methodo studeant, * cum ipsa plebs crassa et inerudita de medicis iudicium suum interponat, ipsi placere operae pretium reputant, qui famae et quaestui tantum inhiant, cum vero non altior veritatis inquisitio, nec ipsa veritas populo vñquam arrideat, hanc viam inire cauet medicus, qui, si muliercularum et pharmacopolarum praejudicatis opinionibus obtemperet, famae culmen citius multo adepturus est.

8. Principia ea tantum in re medicâ debent admitti, de quibus ita certi simus, ac de iis, quae sensus euidentia demonstrat; ea vero nihil aliud sunt, quam experimenta et syllogismi, geometricæ concatenati.

9. *Experiri* dicimur ea, quae ad nostras sensationes attenti percipimus: si facta vniuersi spontanea attente obseruemus ope visus, tactus, auditus, cet. haec obseruatio vocatur *experiensia* **: si vero ad haec facta spontanea concurrat opera nostra, sine quâ facta illa non acciderent, haec obseruatio *experimentum* nuncupatur: facta quaelibet, quatenus in sensus nostros incurront, vel sponte, vel arte, fiant, vocantur *phenomena*. *Experientia* itaque nihil aliud est, nisi phenomenerum cognitio, ex sensatione orta; idem itaque sonat, ac attenta obseruatio; quae dicitur *constans*, si sit cognitio phaenomeni, cum circumstantiis necessario connexis; *contingens* vero, quando adsunt tantum circumstantiae, ipsi contingenter connexae; *falsa* vero, cum necessaria experientiae requisita deficiunt, vt cum in experientia exprimuntur, quae sensibus non sunt percepta, vel percipi non potuerunt, vel quedam circumstantiae necessario connexae omittuntur. Errores autem, qui in formanda constante experientia committi possunt,

* Nisi magna quaepiam miraque mutatio humanarum rerum fiat, adum de bonis studiis est, vtpote confusis ac corruptis, nemine veritatem ipsum, sed tantum scientiae famam quaerente. Logicam methodum et mathematicas demonstrationes fugiunt plurimi, alii cum gravitate tantum increpantes, alii incurse aliquid commenti, alii in risum, fannasque disceptatione abrepentes. Si quis sermoni stare et demonstrationes audire audet, is vel

non omnino intelligit, aut si intellegit, quod dogmata sua impugnet, illuc irascitur et denouet dialeticos. Galen. Method. Med. I. 2.

** Quoniam tantae utilitatis et necessitatis in re medicâ experientia est, non possum, quin tironi commendem: I. Senebier: die Kunst zu beobachten. a. d. Franz. von I. Fr. Gmelin, 2 B. Leipzig. 1776. 8. et F. Thiery Erfahrungen in der Arzneiwissenschaft, a. d. Franz. Leipzig. 1778. 8.

funt 1°. Si accenseantur circumstantiae, fine quibus phaenomenon semper dari potest, adeoque superflue. 2°. Si pauciores et non omnes, quae phaenomeno sunt necessario connecciae, referantur circumstantiae. 3°. Si non afferatur quantitas determinata circumstantiarum, quae datum phaenomenon demonstrent.

10. Error autem maxime familiaris est, iudicium suum cum experientia confundere; hic vero admittitur error, quocties phaenomenon talibus verbis exprimimus, quibus aliquid vel tamquam causa, vel tamquam effectus, praedicatur, imo tamquam principium alterius. Nequaquam enim patet sensibus solis connexio inter causam et effectum, seu nulla causa, quatenus causa est, a sensibus percipi potest. Alias experientiae leges videbis in *oratione inaugurali Clariss. Myschenbroeckii, et Hambergeri praefatione ad physicam.* Si data quaedam propositio ex aliis, tamquam notioribus, per syllogismos colligitur, probari dicitur; probatio autem dicitur *demonstratio*, si in syllogismis, quos inter se concatenamus, non utamur praemissis, nisi definitionibus, experimentis indubitatis, axiomatisbus et propositionibus iam ante demonstratis.

11. *Definitio* est enumeratio notarum, quarum ope quidpiam cognoscimus et ab aliis distinguimus. Si itaque morbi debite obseruati phaenomena enumeremus, quae ipsi propria sunt, et quorum ope a consimilibus potest dignosci, morbi illius definitionem obtinemus.

Propositio theorica indemonstrabilis, seu cuius veritas simplici terminorum valore percepto cognoscitur, *axioma vocatur*, quales sunt propositiones, in quibus de subiecto pronunciatur tantum, quod in eius definitione continetur, *vt: totum est maius suā parte.* Quidquid de genere affirmari potest, illud etiam affirmatur de quoquis sub illo genere contento, et huic axiomati innititur omnis syllogismus.

12. Demum ars medica a philosophia, mechanica, geometria et aliis scientiis generalibus non terminos folium, sed etiam principia, debet mutuari, adeoque ex illis medici debent assumere propositiones demonstratas, neque eas demonstrare eorum est.

13. Quamdiu methodum demonstratiuum negligent medi-

iniae cultores, non mirum erit, si artis huius principia nulla sint, quae eà certitudine, qualis ad praxin est necessaria, polleant; medica theoria semper fluctuabit, et cuiusuis opinio, prout tuentis ingenium et auctoritas valuerit, ipsa in medico orbe valebit.

14. Haec est, ni fallor, errorum et ineptiarum communis origo, quod scilicet, spretis obseruationibus obuiis, et phaenomenis vulgarissimis, ex quibus lege ratiocinii corollaria certa et utilia deduci possent, medici ad abdita et sublimia continuo tendant; eaque, quo magis ab intellectu remota sunt, eo vi suae imaginationis attingere, diuinare, aut verbis exponere pertinacius conentur. Quaenam sint huius vel illius morbi phaenomena, hoc attenta solum docet obseruatio, ob oculos cuiusvis id est positum, nec ullum ingenii conatum exigit, atque propter nimiam facilitatem symptomatum cuiusvis morbi accurata contemnitur historia, nulla ferme, nisi oscitantur et raptim, traditur, licet ex eà solà, velut ex veritatis fonte, possit optima deduci theoria, ut ex accuratâ cœlestium phaenomenorum obseruatione optima systemata deduxere astronomi: verum si de maxime abditis, et nostrum captum longe superantibus, causis differendum sit, millenni illico praestō sunt oedipi, qui assumptis ex phantasias, non vero ex ipsâ re, principiis, verbosas, nec non ingeniosas, comminiscuntur hypotheses, quas si quis negauerit, nemo possit comprobare, quae tamen velut norma praxeos a multis habentur. Sic, ut explicaret *Willifus*, quare in apoplexiâ sensus et motus voluntarii feriantur, dum motus vitales vident et augentur, si finxit nervos, voluntaris motibus destinatos, a cerebro, at vitalibus muniis dicatos, a cerebello, ortum ducere, et cerebrum solum in apoplexiâ laborare, cerebellum vero a pressione et infarctu immune esse, pronunciauit; quod ut suaderet aliis, finxit iterum, cerebellum firmius esse cerebro, et ita vitae necessarium, ut, hoc ablato vel presso, illico pereat animal; quae tamen omnia, vel gratuita, vel, experientia demonstrante, falsa esse, comperneris, et compterent, quicumque experiri voluerint. Verum experiuntur pauci, quia multo facilius est, in museo fingere, quam in amphitheatro experimenta caute et accurate instituere; hoc certe mirum

semper mihi visum est, quod horum morborum, quorum causa nos latet maxime, et curatio felicissimos fugit praedicos, vt epilepsiae, ephialtes, hysterias, apoplexiae, cet., sicut ab ignaris plurima venditantur remedia arcana certissima, ita a nouitis medicis lubentius tradatur theoria, et causa facilius, vt putant, explicetur; quos nouitios interea primorum mechanicas theorematum et anatomiae principiorum ignaros saepe comperimus.

15. Sunt et plurimi, qui, dum humanae machinae, etiam si valde complexae, omnes effectus dogmatice, ac velut ex cathedra, dilucidare et explicare non verentur, simplicissimae machinae, vt veclis, librae, theoriam, aut prima principia ita turpiter ignorant, vt hanc ipsam mechanicae et hydraulicae scientiam quasi ignorare parum sit, etiam vilipendere non erubescant, atque omnem disciplinam mathematicam, veram physicae et philosophiae matrem, inanem, erroribus fetam, clamitent, eiusque studium philiatris vertant vitio, atque e foro medico indignabundi relegent.

Nulla est temeritas magis punienda, aiebat olim *Santius*, quam nullà habità experientiā repugnare experientiae; idem pronunciandum videtur de iis, qui, quam ignorant, mathesin superciliosè despiciunt, nisi forte eam vulpem imitentur, quae syrimate destituto socijs suis persuadere volebat, vt hoc inutile pondus abiicerent, ast abiit falsis exagitata iocis, vt narrat *Bernoullius*. Atque haec est altera errorum in medicina parens, matheseos scilicet ignorantia, vel vt reūtius loquar, methodi geometricae contemptus, et auersatio; licet enim multae sint in mathematicā disciplinae, quibus medicus, physicusque carere potest, ut astronomia, gnomonica, trigonometria, cet. nullus tamen reclam animalis oeconomiae notitiam asséquetur, qui fluidorum generales proprietates, velocitates, vires ex hydraulicā non cognoverit; qui vasorum cavitates, diametros, superficies, solidorum firmitatem, fibrum motus, tonos, ex geometriā et mechanicā aestimare nesciverit; neino auditū visuque theoriam callebit, quem acusticae et opticae prima elementa fugerint; nullus demum, quod potissimum est, neque experimenta accurata capere, aut nouantare, aut ex illis certo ratiocinio consequentias deducere,

neque, verbo, in physicis et medicis rebus tuto philosophari potis erit, qui geometricam ratiocinandi methodum, quae, demonstrante *Wolfio*, optima logica est, ignorauerit; nullus denique eximiorum, quae in actis academiarum, in scriptis medicorum eruditissimorum huius aëni, occurunt, quidquam intelliget, qui arithmeticæ et geometriæ principiis non fuerit sufficienter imbutus.

16. Ex his tamen aequi rerum aestimatores non inferant, ita medicis necessariam esse mathesin, vt illa destituti eximos non possint se praestare practicos, aut vt illa solum scientia eruditii illico ad medendum sint apti; neminis enim in mente tam delira venire potest opinio: hoc tantum in animum induxi meum, vt credam, nullam sine physica mathematica dari posse certam humanae machinae theoriam, quæ qui præditus fuerit, anatomiae et materiae medicae simul peritus, is quondam ad praxin medicam consequendam aptior evasurus sit: verbo, id vnicce probandum suscepit, quod omnium certissima theoria ex anatomiae et physices experimentalis, simulque philosophiae mathematicae, penu depromenda sit, quas cum negligant vulgo medici, mirum non est, quod erroribus feta sit morborum aetiologya; atque cum falsa est, ea non magis medico utilis est, quam architecto musica, nec proinde potest medicum in praxi dirigere, nec accurati symptomatum studii, annosæque obseruationis et experientiae vices supplere, licet contrarium clamat medicorum multorum sententia.

17. Medicina, nemine refragante, coniecturalis est adhuc dum scientia, ideoque eam callere nemo potest, qui in arte conieeturandi rudis exsisterit; verum hanc artem quis unquam docuit praeter mathematicos, scilicet *Hughenium*, *Bernoulli*, *Montmort* et *s'Gravesande*? quis in mathesi rudis rite circa probabilitates, quae toties in praxi medicâ nos manuducere debent, ratiocinari valebit?

18. Non possum vero hoc argumentum dimittere, quin alterum vitium theoriae medicae breuiter perstringam: mos scilicet inualuit, omnia generaliter et vase tantum pertractandi, omnem in phaenomenis exponendis circumstantiarum et causarum distinctionem, et quantitatum determinationem prætermittendi; cum tamen ex illa solum acribeia determinari pos-

fit veritas. In geometriā, signo vnicō omisso, minimā quantitate neglectā, contraria aut falsa prorsus exsurgit problematis solutio, vt, quod negatiuum fuerat, positiuum euadat, vel contra: quanto frequentius in medicis computis error debet irrepere, cum sine methodo, et pro phantasiae duclu ex principiis saepius suppositis, difficultates intricatissimae diluuntur? Si quis, lympham in patella positam et ex sanguine pleuriticā separatam cernens, a calore inflammatorio congelatam fuisse, probare contendat, is, ferorem in sanguine summum esse, praedicat, attritum solidorum et fluidorum in febribus acutis exaggerat, neque mirum putat, quod idem intra corpus humanum accidat lymphae, quod in aquā bulliente fieret; quod si experimenta accurata sumamus, hunc errorem confutare, non erit arduum, cum lympha non coaguletur, nisi a calore 56 graduum, et tamen sanguis in viuo homine non incalescat ultra 33^{um} gradum thermometri Reaumuriani. Fieri potest, aiunt plurimi, vt pressio aëris in duos cylindros planos marmoreos 26 linearum diametro, ope sebi fusi vnitos, et dein frigori summo expositos, eos tantā vi adunet, vt non, nisi vi 600 librarum, separantur, vnde concludunt, immensam esse pressionem aëris, et huic soli tribuendam esse corporum adhaesionem: qui sic ratiocinantur, iudicium suum cum experientiā confundunt, errorem vitaturi, si accuratā obseruatione perspicerent pressionem aëris non maiorem esse pondere columnae mercurii eiusdem basi, cuius altitudo fit 28 pollicum: atque hoc pondus supra basin 26 linearum in diametro non superat 58 libras, seu fere decimam partem 600 librarum, vnde concluderent rectius pressionem aëris decies minorem esse, quam vt possit hanc marmorū adhaesionem producere.

19. Ex possibiliitate suppositā atque similibus principiis vagis et indeterminatis quousquis effectus deducunt medici theorici, qui non experimentis ducuntur, sed ex hypothēsis suis facta determinant, qui contraria prorsus pro lubitu concludere potuissent: *hoc fieri debet, ergo fit*, solemne ratiocinium est, sed in physicis fallacissimum, in quibus hoc fere tantum valet prioris inuersum, *hoc fit, ergo fieri debet*, et ad summum consequiae severo ratiocinio ex factis deriuatae, et rursus experimentis firmatae, quid certi in physicis exprimere possunt.

PROLEGOMENA.

ii

20. Dolendum certe est, quod a tam breui tempore medicina matheſeos opem, mediante *Alph. Borello*, mutuata fuerit; ſerior aetas haud dubie *Bellini*, *Iurini*, *Bernoulli*, *Michelotti*, *Hambergeri* laboribus fruetur, ſi plures naſcantur viri *Haleſio* filimiles; ſed interea nullus sapiens a tam labili et hypothetica, qualis hodie viget, theoria, in praxin dirigi ſe patietur; centum fere ſunt anni, a quibus inuenta eſt circulationis ſanguinis, ſed nondum eius leges ſunt omnes ſatis cognitae; quanto tardior fit in minimis vasis, quam eſt in aortā, demonstrauit non dudum *Jacobus Keill*; verum eius velocitas absolute quaenam fit, nondum ſatis eſt compertum; quaenam fit preſſio ſanguinis, in vase quiescentis, docet vulgaris hydraulica, verum, quaenam transfluentis fit preſſio, nuper tantum nos docuit *Daniel Bernoulli*; quid valeat illius adhaeſio et viscoſitas, nuperrime detexit *Hambergerus*: at, quantum ab hac viſcoſitate, et vaſorum minimorum affriſtu retardetur huius motus, adhuc inquirendum reſtat; nondum itaque numeris omnibus eſt absolute circulationis cognitione, quā tamen deſtituti claram et certam theoriam obtinere non poſſumus.

21. Quid itaque medico, inter praxeos ſcopulos verſanti, ſupereſt interea perfugii? quae nautica ſupplebit acus, quod in morborum procellis ex luce deficit? quid annosam experientiam, non, niſi per mortes, acquirendam, ſupplebit? audiamus hac de re non quoſuis medicos, quorum multi, mira quādam ingenii vi, aut propriā folertiā, ſe ſcopum attigiffe, contendent; multi ſuis arcanis remediis, plurimi hypothesisibus, ſuae praxeos felicitatem tribuent; pauci niſi ad ſumman ſenectam et famam peruererint, id honoris, repetitis laſfib⁹, fatalibus experimentis, longaque morborum obſeruationi, acceptum referent. Consulanus candidiſſimum artis magistrum, ſimilque feliciſſimum opiferum *Thom. Sydenhamum*, Angliae lumen, artis phoebum, quem ſine honorificā praefatione, vt cum *Boerhaave* loquar, nominare erubescerem, et de cuius erga rem publicam medicani meritis numquam ita magnifice loquar, quin id eius fit ſuperatura dignitas.

22. „Sentio autem, ait Hippocrates Anglus, noſtræ artis incrementum in his confiſtere, vt habeatur primo historia morborum ſeu deſcriptio, quoad fieri potest graphica et na-

„turalis; secundo praxis seu *methodus* circa eosdem stabilis ac consummata.

23. „Quod autem spectat ad *historiam* morborum; primo expedit, ut morbi omnes ad definitas ac certas species reuocentur, eadem profrus diligentia ac acribeia, quà id factum videtur à botanicis in suis phytologiis. Quippe reperiuntur morbi, qui sub eodem genere ac nomenclatura redacti, ac quoad nonnulla symptomata sibi inuicem consimiles, tamen et natura inter se discreti diuersum etiam medicandi modum expostulant. Cardui quidem nomen ad plures herbarum species extendi nemo nescit: at vero parum accurate faciet rei herbariae scriptor, qui generalem huius plantae descriptionem, quà scilicet a ceteris stirpibus discrepat, proponere contentus, propria interim et peculiaria cuiusque species signa et characteres, quibus ab inuicem discriminantur, contempserit: eodem sane modo nec fatis est scriptori communes dumtaxat morbi aliquius multiformis apparentias annotasse. Esto sane non omnibus morbis eamdem contingere varietatem; tamen complures esse, qui, licet ab auctoribus sub eodem titulo citra ullam speciei distinctionem tractentur, dissimillimè sint indeole, in sequentibus pagellis, vti spero, palam fiet. Imo etiam ubi distributio in species reperitur, id sit plerumque, vt hypothesi alicui, quae veris phaenomenis substruitur, suus referuetur honos; ac proinde eiusmodi discriminatio, non tam ad morbi, quam ad auctoris ingenium, philosophandique theoriam accommodata est. Sic Galenici, humorum quaternione praecoccupati, morbos omnes in sanguineos, bilos, pituitosos, et melancholicos diuisere, sumptù non ab euidentibus eorum humorum praedominii signis, sed a materia morbifica saepius fictitiis, distinctione. Sic Paracelsus morbos diuisit in falsos, terreos, mercuriales; alii chemici eos in acidos et alkalinos distinxere, ob praeconceptam mente theoriam; atque inde factum esse arbitror, vt historia morborum in filuam tam immensam, sed fructu peregrino, excreuerit.

24. „Secundo seponatur tantisper oportet quaecumque hypothesis philosophica, quae scriptoris iudicium praecoccupavit; quo facto, tum demum morborum phaenomena clara

„ac naturalia, quantumuis minuta, per se accuratissime an-
 „notentur, exquisitam pictorum industriam imitando, qui vel
 „naeuos et leuissimas maculas in imagine exprimunt. Enim
 „vero dici vix potest, quot erroribus ansam praebuerint hypo-
 „theses istae physiologicae, dum scriptores, quorum animos
 „falso colore illae imbuerint, istiusmodi phaenomena morbis
 „affigunt, qualia, nisi in ipsorum cerebro, locum numquam
 „habuerant; debebant autem in conspectum venire, si hypo-
 „thesis, quam ipfi pro concessa et ratâ habent, constaret ve-
 „ritas. Adde quod si quando symptoma aliquod, quod cum
 „diâlâ hypothesi apposite quadret, reuera morbo competit, cu-
 „ius typum delineaturi sunt, tum ilud supra modum eueunt,
 „ac plane reddunt ex mure elephantem, quasi in hoc scilicet
 „totius rei cardo verteretur: si hypothesi minus congruat,
 „aut prorsus silentio, aut leui saltu pede transmittere con-
 „sueuerant, nisi forte beneficio subtilitatis alicuius philosophi-
 „cae in ordine cogi, ac quoquo modo accommodari possit.

25. „Tertio expedit, vt in describendo aliquo morbo pe-
 „cularia et perpetua phaenomena seorsim ab accidentalibus et
 „aduentitiis (qualia sunt, quae non tantum ob aegrotantium
 „temperiem et aetatem, sed etiam ob rationem medendi di-
 „versam varie se habent) enarrentur. Nam saepe accidit, vt
 „facies morbi variet, pro vario medicandi processu, ac non
 „nulla symptomata non tam morbo, quam medico, debeantur.
 „Casus autem oppido raros praeterire debet scriptor, quem-
 „admodum in descriptione saluiae, erucarum v. g. morsus in-
 „ter signa discriminantia istius plantae neutiquam recensentur.
 „Huius historiae utilitas, pergit Sydenhamus, omnem aesti-
 „mationem excedit, et præcâ argutiolae et subtiles disquifi-
 „tiones, quibus neotericorum libri ad nauseam fere inficiun-
 „tur, nullo in numero sunt habendae.

26. Has tres nosologiae conscribendae regulas, scilicet
 Specierum, generumque accuratam distinctionem mere histori-
 cam, philosophicae theoriae ab historiâ sepositionem, et cha-
 racterum a symptomatibus constantibus deriuacionem, dictat
 ipsa sapientia. Nec enim facta, quae tantum historia recen-
 set, cum iudicio philosophico debent confundi, secus falsa est
 experientia (10); nec philosophicae theoriae debet inniti hi-

istoria; nam nimis hoc usque ruinosum est hoc fundamentum (6-20); et cum a notioribus ac certioribus sit semper ordinandum in veritatis disquisitione, semper pro basi theoriae sternenda est et praemittenda historia, non vero theoria debet esse basis historiae. Tertia vero regula ex eo pendet principio, quod cum symptomata in sensus incurvant, non vero causae, ea, si constantis sint, characterem certiorem et evidenter ad morbos cognoscendos praebant.

27. Triplicis generis est, ut in uniuersum humana cognitione, sic omnis doctrina, scilicet historica, philosophica et mathematica. *Historica* est cognitione factorum; sic historia docet, in pleurite adesse febrim, dyspnœam, tussim et dolorem pectoris. *Philosophica* est cognitione causarum et principiorum; sic cognitione pleuritidis est philosophica illi, qui nouit, qua de causa, et ex quibus principiis, oriantur illa quatuor symptomata, v. g. ex pulmonum vel pleurae inflammatione. *Mathematica* cognitione datur, si quantitates et earum mensurae cognoscantur; sic si quis ad mensuram reuocauerit pulsus frequentiam et vim, caloris gradum, doloris intensitatem, vim tussis et similium symptomatum, ille cognitionem horum mathematicam obtinet.

28. Cognitione historica debet omnes alias antecedere, et est omnium simplicissima. Philosophica cognitione morborum dogmaticum distinguit ab empirico, et curiosa est; ac demum mathematica omnium est certissima et in praxi praestantissima, ast hoc usque minus exculta et proinde rarissima.

29. Cuius profecto, in mathematicis versato, vel in medicinâ facienda paulo magis occupato, manifestum est, nos nihil aliud rerum cognoscere, nisi earum ad alias relationem, legesque, et proprietates virium, quibus eas mutare, vel ab aliis mutari, solent. Loquar de rebus corporeis: „vires auctem illae, viriumque leges, actionibus mutuis et virtutine redditis deteguntur: nam actiones et earum eventa sunt data illa, quorum ope leges virium inuenimus; causa vero physica, et tantopere a philosophis quaesita, rerum natura, est illud in rebus ignotum, a quo vires emanare volunt. Illud autem cum sciri non possit, nisi prius agnitis viribus, hancrumque legibus inuentis, neque quidquam praestet, nisi per

„vires, sequitur, viribus ignotis, notitiam illius esse nullam,
 „notis vero esse inutilem: adeoque medicis incumbit solum,
 „vt vires medicamentorum et morborum, quae per operatio-
 „nes possunt inueniri, expendant et ad leges reuocent, non
 „autem, vt causis physicis eruendis insidunt, quae non nisi
 „ex prius inuentis virium legibus possunt deduci, siisque in-
 „ventis, medico non sunt profuturae. „ *Pitcarn. Praelog.*
pag. X.

30. Quaenam sit relatio grauitatis auri ad grauitatem aquae,
 nouimus; quid sit ipsamet auri grauitas in se, non nouimus;
 leges et proprietates grauitatis, quibus tam feliciter vtuntur
 artifices in horologiis, machinis astronomicis, aliisque ex ob-
 servuant et mensurant huius effectuum quantitate adipiscimur;
 haec solae leges nobis sunt vtiles cognitu: verum quaenam sit
 grauitatis causa, hoc eatenus scitu vtile foret, quatenus ex
 hac philosophica cognitione grauitatis leges, velocitatis, ni-
 siisque mensuras accuratas duceremus; sed licet ignoretur
 haece causa, virium leges ex phaenomenis inuentae sunt, at-
 que illis inuentis, philosophica grauitatis cognitio vix est me-
 chanico profutura. Idem dictum esto de philosophica morbo-
 rum et medicaminum cognitione, quam totis viribus sectan-
 tur medici, cum ex historicâ, et inde deriuatâ mathematicâ
 horum notitia, quidquid vtile scitu est, quidquid certum, et
 in praxi necessarium, deriuetur.

Nosologiae historicæ fundamenta.

31. **NOSOLOGIA** est morborum scientia, seu habitus de-
 monstrandi, quidquid de morbis affirmamus, aut negamus,
 et est pars Pathologie. Ad demonstrandum debet institui ra-
 tiocinium, experimentis indubitatis, seu factis historicis, de-
 finitionibus, axiomatibus, et propositionibus, alibi demonstra-
 tis, innixum: ergo ad nosologiam necessariae sunt morbo-
 rum definitiones, historicæ descriptiones, et principia certa,
 ex anatomicis, chemicis, hydraulicis et mechanicis, mutuata.

32. Quoties Magnus est subiectorum cognoscendorum nu-
 merus, toties ad intelligentiam et memoriam iuuandam ordo
 necessarius est, seu necessaria est similitudo, obvia in modo,
 quo res se inuicem consequuntur; et ordo in tradendis scien-

tiae dogmatibus vocatur *methodus*; cum itaque magnus sit morborum numerus, in illorum historiā tradendā et cognitione iuuandā methodus est necessaria.

33. Vocabula sunt idearum nostrarum signa; sed ideo loquimur, aut scribimus, ut nostras ideas, et nostra ratiocinatio cum aliis communicemus; nec ea communicare possumus, nisi valor horum signorum sit determinatus, et aliis cognitus; quod tantum fieri potest per vocabulorum definitionem; adeoque dum ab aliis volumus intelligi, necessum est, ut valor vocabulorum, quibus vtimur, sit fixus, constans, et aliis cognitus, seu ut vocabulis definitis vtamur.

34. Vocabulorum et terminorum artis definitio vocatur *nomenclatura*; ea vero, si sit inconstans et vaga, diuersas ab ideis auctoris, ideas in mente lectorum excitat; vnde aquivoicatio, quae eatenus euitatur, quatenus cuique rei diuersae diuersum propriumque nomen competit, neque eodem nomine res diuersae, nec diuerso nomine res eadem significantur; qui contrarias sequitur leges, is ideo loquitur, vel scribit, ut non intelligatur.

35. Duplex est nosologiae historicæ fundamentum, *methodus* scilicet, et *nomenclatura*.

1º. De methodo nosologiae.

36. *Methodus nosologiae* alia *synoptica* est, alia *systematica*. *Synoptica* est dispositio morborum in partes binas oppositas, et successive bifurcatas, vel brachiatas, ut si dividantur morbi in externos et in internos, ambo in particulares et universales. Externi et interni particulares in morbos capititis, pectoris, abdominis, et artuum. Illa vero *methodus* procedit per libros, capita, articulos, et paragraphos; verum iam dudum experientia docuit historiae naturalis, et potissimum botanicae cultores, eam *methodum* non ita claram esse ac faciliem, quam est *methodus systematica*.

37. *Systematica* *methodus* morbos similes similibus coniungit et a dissimilibus separat, atque omnes individuos morbos ad suas species, istas ad genera, rursus genera ad ordines, et illos ad paucas classes reducit; et derelicta *synoptica* omnes

historiae naturalis cultores iam pridem systematicam tantum methodum sequuntur.

38. *Notas* appello rebus intrinseca, vnde agnoscuntur et a se inuicem discernuntur. *Wolf. Logic.* 79. Verum scopus nosologiae est, vt huius ope morbos agnoscamus et ab inuicem discernamus: ergo cum scopus, seu finis, non nisi per media possit attingi, et illa media sint notae, hoc potissimum incumbit medico, nosologiae studio, vt notas morborum adipiscatur. Has notas *Charakteres* vocant botanici.

39. *Definitio* est enumeratio notarum nec plurium, nec pauciorum, quam quae ad rem definitam agnoscendam, et ab aliis discernendam, sufficiunt: *Wolf. Log.* 153. et ex ea significatur notio completa et determinata, termino cuidam respondens; vt itaque morbi in nobis exsurgat notio completa et determinata, eius definitio seu notarum et characterum enumeratio inquirenda est.

40. Ut nota nos in morbi cognitionem deducat, ea quae sit debet esse euidentior et clarior; atque ut certa morbi cognitione fiat, notis certis et constantibus ea debet inniti, adeoque definitiones morbi ex notis certis et euidentibus sunt desumenda.

41. Notas, ad definitum agnoscendum et ab aliis distinguendum, praebent *genus* atque *differentia specifica*. *Wolf. Log.* 183: ergo genus et differentia specifica definitionem conficiunt. Si itaque morbi ad sua genera atque ad suas species reducantur, ex hoc ipso genera et species definiuntur ac complete et determinate cognoscuntur.

42. Morborum singularium et indiuiduorum similitudo *Species* vocatur, et similitudo specierum *Genus* constituit, vt similitudo generum facit *Ordinem*, atque ordinum conuenientia *Classis* est.

Si notas, pluribus plantis indiuiduis communes, considerem, vt iasminis omnibus florem infundibuliformem limbo quinquepartito, calycom tubulosum quinquefidum, stamina duo, pistillum unicum, baccam dipyrenam, inde generis iasmini ideam obtineo: sed si simul pluribus illorum indiuiduis notas obseruo, quibus illa ab aliis eiusdem generis discernuntur, vt folia opposita pinnata, cum in aliis sunt opposita ter-

nata; inde ideam determinatae speciei seu differentiam specificam eruo.

43. Simili artificio non idea solum generum, ordinum et classium, sed idea ipsius morbi in genere potest eruiri, si quod est omnibus morbis commune, perspiciamus, simulque, in quo ab statu sanitatis differat, cognoscamus, atque, eā perspectivā idēa, morbi definitio comparatur: cum autem definitio sit enumeratio notarum, quae clariores esse debent re definitā, facile est, concludere, eos errare, qui morbos definiētes, eorum genera et species, non ex principiis evidētibus et certis, sed ex ignotis, obscuris, litigiosis et incertis, deducunt.

44. Erroneae sunt itaque morbi definitiones, quae pertinent tum a dispositione partium, sensus saepius fugiente, eaque hypotheticā et saltē obscurā; tum a lede saepius suppositā, vel gratuitā in partibus, quae sub sensu non cadunt, tum quia sunt internae, tum quia exiguae nimis, quam ut cerni queant; tum demum a causa, quae per se, quatenus causa, in sensu cadere non potest; tum a principiis, vel prōgymenīs, vel procatarctīs, quae sunt extrinseca corpori, ac proinde notas morborum non constituant (38).

45. Dividuntur speciatim morbi diuersimode, sed potissimum iuxta quatuor diuersas methodos, scilicet alphabeticam, temporariam, anatomicam et aetiologicam, quibus omnibus methodum symptomaticam anteponendam censemus.

46. *Alphabetica* methodus ea est, quae morbos coniungit, qui nomine sunt affines, vel ratione similitudinis nominum, aut litterarum initialium. Talem sequuntur *Mangentus in Polyalthea*, *James dictionnaire de Médecine*, etc.

Verum cum nomen sit nota extrinseca, quam aegrotantes prae se non ferunt, et ex hominum arbitrio pendeat, nec artis tironibus morborum singulorum sint cognita nomina, ex illis ad morbi cognitionem non deuenire possumus: praeterea in hoc ordine morbi indole prorsus diuersi coniunguntur, vt apoplexia et alopecia, paralyſis et paronychia: separantur vero, qui maxime affines sunt, quoad indolem, vt pleuritis et hepatitis, arthritis et rheumatismus; evidens est, hanc methodum ab omnibus nosologiae studioſis esse reiiciendam.

[Nihilo tamen minus, ob maiorem medicorum in ordinando diffensem, non omnino incongruam hanc methodum esse, arbitrari quis posset, siquidem, quum tiro nomenclaturae non prorsus caret cognitione, idem aequa facile, quae desiderat, inueniet, atque alia ratione: nec quis poterit eiusmodi labore, ad quamcumque normam composito, vti, si necessariis caret fundamentis.

Sed alphabetica methodus ideo potius negligenda est, quod medicinae incrementum omnino retardat, dum lectoribus sic nec facile de aegritudinum natura iam cognita constet, neque ultra possint in ea reuelanda progredi. E.]

47. *Temporaria* methodus illa est, quae morbos, ratione durationis, diuidit in chronicos et acutos, prout longius breuiusue temporis spatium percurrere consueuerunt; talem methodum fecuti sunt *Aretaeus*, *Caelius Aurelianus*, aliquie.

48. Verum ea methodus in eo peccat, quod nullus sit character euidens, quo primà die chronicus ab acuto discernatur, quod cum acutus et chronicus differant tantum temporis quantitate, et quantitas similitudinem non turbet, ex eo principio nec genus, nec species, erui possunt: similia etenim, saluâ similitudine, quantitate differre possunt, ac proinde morbus, vel longior, vel breuior, potest esse eiusdem generis et eiusdem classis, meritoque dicitur in schoolis, quod maius et minus non mutet speciem. Adeo, quod nullus sit limes naturalis inter chronicum et acutum, et datur tantum limes arbitrarius, a quolibet pari iure, quo institutus fuit, reliciendus, cum dentur morbi, quos non maiori iure quis ad acutos reduxerit, quam alter ad chronicos: quoties autem non dantur limites inter genera et inter species, illa eiusdem ordinis, istae eiusdem generis, censentur, secus genera et species multiplicarentur in infinitum, quod foret absurdum; praeterea sunt morbi acuti, qui ultra quadraginta dies, et chronici, qui citra terminantur; demum ex illa methodum denum morbi classis cognoscitur, cum ipsum nosse minus necessarium est, seu cum desierit.

PROLEGOMENA.

49. *Anatomica* methodus iuxta corporis partes, quae morborum sedes sunt, procedere consuevit, atque diuidit morbos in externos et internos, vniuersales et particulares, in morbos aetatis, sexus, et demum in morbos capitis, pectoris, abdominalis, et artuum, quo facto in singulis partibus morbos enumerant et symptomata deinde recensent: verum pro morbis habent, quae omnes practici inter vitia, seu morborum principia et causas recensent, et symptomata ea appellant, quae morborum nomine ab omnibus practicis salutari consueuerunt.

[Alibi *Sauvagesius* (n. m. T. I. p. 501.) edixit: satius esse, genera morborum, a phaenomenorum concurso, quam a sede anatomica, determinare, quod non tuto satis ille ad hanc referri posset: sic hepatitis symptomata sine viro hepatis vitio reperta, et reciproca pleuritidis phaenomena ab inflammatione hepatis orta fuisse. Quibus etiam facile et iure addideris, phrenitidis symptomata absque meningum inflammatione, pleuritidis absque pleurae inflammatione, enteritidis ea absque intestinorum phlogosi fuisse, et contra.

Qui morborum classes a sede anatomica repetunt, inquit, ib. p. 627. anhelationes fere omnes pulmonibus tribuunt, ut asthma, dyspnoeam, rel.: verum sola theoria vera potest praecepsam morborum sedem assignare, et licet symptomata in morbis eiusdem generis conueniant, non certum est, ut species eiusdem generis eamdem sedem obtineant, quod exemplo asthmatis appareat; cum enim asthma humidum facile omnes pulmonum vitio, tamquam sedi principii morbifici, adscribant, asthma tamen spasmodicum, hystericumque musculis ipsius thoracis conuulsis atque irritatis tribuere non dubitant plures, ut *Willisius*: asthma stomachicum ipsi stomacho, ut ephialtem alii cerebro tribuunt. Pluries etiam accidit, ut pro asthmate pulmonari habitu fint morbi, quorum principium e cadaueris sectione, vel in cauo thoracis, vel in mediastino, vel in structura ipsius pectoralis caui, adeoque extra pulmones, inuentum est; nihil itaque difficultius est, quam sedem morborum ante cadaueris sectionem determinare; ergo valde temerarium est, morbos a sede cognoscendos praebere.

Nihilominus non repugnante *Sauvagesio* (n. m. T. I. p. 1.)

possunt genera morborum a sede anatomica determinari, modo syndrome symptomatum non tam ad definitam corporis humani particulam, quam ad partem referatur, v. c. phrenitis ad aegritudines capitis, neutquam meningum]. Vide *Ideam vniuersalem medicinae J. Jonstoni, Amstelodami 1664*, iuxta quem apoplexia, mania, rabies, cephalgia, cet., morbi non sunt, sed varus, verruca, vulnusculum, lentigo, cet., morbi sunt, quae nomenclatura quantum a practicorum more aliena sit, ignorat nemo, nisi qui scholasticis argutiolis est imbutus.

Conspctus methodi Jonstoni et Sennerti.

50. Morbi primario diuiduntur, vel secundario. Primario in similares, organicos, et solutae vnitatis seu communes.

51. A. 1°. *Similares* sunt morbi intemperiei cum materia, vel sine materia et morbi occultarum qualitatum.

Intemperies sine materia, sunt calida, humida, frigida, sicca et composita.

Intemperies cum materia sunt sanguinea, biliosa, melancholica et ferosa.

Occultae qualitates sunt ab aere infecto, aqua, contagio, veneno, fascino.

52. B. 2°. *Organici* sunt in conformatione, numero, magnitudine, et situ.

Conformatio diuiditur in figuram, cavitatem, et superficiem vitiosas.

Magnitudo peccat vel defectu vel excessu, vt in tumore humorali, flatulento, solidi, purulento.

Numerus peccat vel in defectu vel in excessu.

Situs mutatur in luxatione et hernia.

53. C. *Communes* sunt vulnera, vlcera et fracturae.

Secundario diuiduntur morbi in externos, et internos.

54. D. Externi sunt iterum *tumores*, affectus cutanei, vlcera, luxationes, fracturae.

Tumores sanguinei, corpulentia, phlegmo, bubo, phlegmum, parotis, paronychia, pernio, ecchymoma, carbunculus.

Tumores biliosi, erysipelas, herpes.

Tumores pituitosi, oedema.

Tumores melancholici, scirrus, cancer.

Tumores falso-seroso-bilioſi, scabies, phylaciae, sudamina, firones, vari, epinyctis, alphus, leuce, impetigo, gutta rosea.

Tumores faccati, strumae, ganglion, meliceris, stictoma, atheroma.

Tumores solidi, verrucae, clavi, calli.

Tumores a solidis alio incubentibus, aneurysma, varix.

Tumores maligni, elephantiasis, carbunculus, variolae, morbilli.

55. E. *Affectiones cutanei* sunt lentigines, ephelides, naevi, maculae hepaticae, pruritus, malus odor, alopecia, porrigo, plica, gangraena, etc.

Interni diuiduntur in vniuersales et particulares.

56. F. Vniuersales sunt *febres* non putridae, putridae, malignae, et pestilentes.

Non putridae seu purae, ephemera, synocha.

Putridae continentis, synochus putris, causus.

Putridae periodicae primariae, tertiana continua, quartana continua, quotidiana continua.

Putridae periodicae secundariae ex inflammatione visceris, lipyria lenta, ex viscere putti et corrupto, ex lacte corrupto.

Intermittentes simplices, tertiana, quartana, quotidiana.

Intermittentes compositae, tertiana duplex, quotidiana duplex, quartana duplex, triplex, semiterteria.

Heblica febris.

Febres malignae, variolae, morbilli, febris petechialis, morbus hungaricus, sudor anglicus.

Febres pestilentes, pestilentia.

Morbi particulares sunt non venenati, vel venenati.

57. G. Non venenati sunt primo *morbi capitisi*, qui dividuntur in morbos cerebri, et in symptomata cerebri in functionibus laefis.

1º. *Morbi cerebri* sunt eius intemperies, meatuum angustia, commotio, inflammatio, hydrocephalus, capitis confusio, vulnus, fractura.

Symptomata sensus externi cephalgia; sensus communis vigiliae, coma; imaginationis vertigo; ratiocinationis obliuio, delirium, phrenitis, melancholia, mania, rabies; sensus interni coma vigil, lethargus; motus animalis, lassitudo; inquietudo, rigor, tremor, paralysis, spasmus; mixta incubus, catalepsis, epilepsia, carus, apoplexia. Symptomata in excretis catarrhus.

2°. *Morbi oculorum*, trachoma, emphysema, cancer, hydatis, hordeolum, grando, trichiasis, phalangofis, phthiriasis, maradofis, encanthis, aegilops, fistula, ophthalmia, vnguis, pannus, hypophagma, nebula, albugo, pustula, vlcus, mydriasis, hypochyma, cataracta, atrophia.

Symptomata, dolor, strabismus, myopia, nyctalopia, amaurosis, gutta serena, presbytia, amblyopia.

3°. *Morbi aurum*, inflammatio, vlcus. *Symptomata*, dolor, surditas, tinnitus, obauditio.

4°. *Morbi narium*, vlcus, ozaena, polypus. *Symptomata*, sternutatio, haemorrhagia, anosmia, coryza.

5°. *Morbi oris*, ranula, aphthae, labiorum fissura, parulis, excrescentia, vlcus, cet. *Symptomata*, oscitatio, ptyalismus, odontalgia, foetor, dentium nigrities, stupor.

58. H. *Morbi medii ventris* sunt tumores, vlcera, vulnera, angustia, cet., faecium, gutturis, tracheae, pulmonis, thoracis, cordis, mammarum cet.

Symptomata, angina, pleuritis, tabes, phthisis, asthma, tussis, haemoptysis, palpitatione, syncope.

59. I. *Morbi infimi ventris* sunt tumores varii, vt inflammations, abscessus, prolapsus, herniae, nec non vlcera, fistulae, vulnera, rhagades, obstrunctiones, intemperies, cet., oesophagi, ventriculi, intestinorum, ani, genitalium, cet.

Symptomata, difficultas deglutiendi, dolor, ardor ventriculi, anorexia, nimia appetentia, appetitus depravatus, polydipisia, coctio laesa, singultus, ructus, nausea, vomitus, cholera, iliaca, colica, alui retentio, lienteria, coeliaca, diarrhoea, dysenteria, fluxus hepaticus, ani pruritus, tenesimis, haemorrhoides, cachexia, hydrops ascites, tympanites, anasarca, icterus, atrophia, affectio hypochondriaca, scorbutus, diabetes, ischuria, dysuria, mictus crux, sa-

Iacitas, priapismus, satyriasis, gonorrhoea; vteri imbecillitas, dolor; mensium fluxus, fillicidium, difficultas; fluor muliebris, morbus virgineus, suffocatio vteri, furor vterinus, melancholia mulierum, sterilitas, cet.

Appendix de arthritide.

K. De morbis venenatis. De lue venereâ, de venenis fossilibus, vegetabilibus, animalibus.

L. De morbis puerorum. De morbis capitis, medi ventris, infimi ventris.

60. Verum haec methodus est confusa, fallax et incommoda: confusa quidem est; etenim cum partes similares, ut arteriae, venae, nervi, fibrae, fluida, cum omnibus musculis, visceribusque sint intime mixta, adeoque confusa, ex eo, quod nervus sit affectus, non sequitur, ut hoc, vel illud, viscus, haec illa pars non sit affecta; imo omnes in parte affectâ simul afficiuntur, vnde nulla distinctio a sede potest repeti: praeterea partes omnes sunt continuae inuicem, neque ita determinatae, ut limites possint assignari; quis enim limites extus sensibiles nouit inter partes internas et externas? num cutis interna est, quam tegit epidermis? num potest una inflammari, quin et vicina continua, arteriis, venisque colligata, simul afficiatur? limites inter intestinum ileum et ieiunum quis nosse potest in viuo homine, qui in cadavere sunt arbitrii? quis praeciosos limites hepatis, lienis, in viuis distinguat? Morbos pene multos, quos particulares vocant, pari iure adscribere possunt vniuersalibus; tales sunt inflammatorii, febre scilicet sifipati, soporosi, qui vires omnium simul artuum prosterunt, sensumque et motum illis detrahunt, caeclici, decolores, leprosi, tabidi.

61. Incomoda est methodus anatomica, quia in ipsis tironibus supponit anatomiae notitiam, nec non, quia ex cognita parte, cui morbus infidet, non certius morbi causa et indoles cognoscitur, nec proinde medendi methodus habetur, eum idem viscus afficere possint morbi omnino dissimiles, ut phrenitis et apoplexia, febris et syncope, anorexia, boulimia, et eamdem partem possint labefactare phlegmone et oedema, intempories sicca et humida; adde, quod propter consensus nerorum symptomata ad unam, et causa ad alteram

partem referuntur, ut in sympatheticis morbis: ac propter extensio nem partium, morbus simul ad partes diuersas referri possit, vt obstructo recto non solum abdomen dolet, tenditur, sed etiam per os materiae vomitu reiciuntur: sed quod praecipuum vitium est, nulla est inter morbos similitudo ratione partis affectae; iuxta hanc methodum coniunctis morbis diffimilibus saepius iteranda venit generalis theoria et therapia, ita, vt cum omnes et singulæ partes dolere possint, theoria doloris in singulis classibus est repetenda, quoties scilicet de dolore est quaestio, et cognitione classis nullius sere usus est ad eius generum, vtpote diffimilium, cognitionem.

62. Fallax demum est methodus, tum *qualis est*, cum omnes morbos nequaquam tradat, quales sunt morbi singulis musculis, ossibusque, glandulis ac visceribus, superuenientes; nullus auctor agit iuxta hunc ordinem de morbis cerebelli et medullæ spinalis, cystidis felleae, thyimi, capsularum atrabilarium, medullæ ossium, cet: tum *qualis debet esse*, quia sedes morbi multiplex est, vel dubia, vel prorsus ignota, quam tamen haec methodus notissimam supponit, cum ex hac ad morborum notitiam deducere debeat. Sit vomitus in exemplum: quaenam sedes huius est? an os, ex quo fit reiecio? an oesophagus, trans quem peragitur, et ex quo solo quandoque euomenda prodeunt? an ventriculus, vt putant plurimi, qui iterum eius diuersas membranas, vt villiformam, nerueam, musculariem pro lubitu incusant? an intestina, vt in vomitu iliaco a bubonocelle? sed vomitus biliosus ex hepate procedit, vrinosus ex renibus, et sic deinceps: sedes ergo huius morbi multiplex est; et cum scriptor eum, quo referat, nescit, lector, ubi eum quaesitus sit, ignorat necessario. Quaenam est sedes maniae, melancholiae, oblijusionis, somnambulismi, tarantismi, vertiginis, catalepsieos, ephialtes, picae, et mille aliorum? hoc determinat tantum hypothesis, sed numquam ex sedis affectae methodo eruetur evidentia, quae characterem constituit. Ex hac morborum sedis ignorantia fit, vt ephialtes in ventriculo quarto cerebelli iuxta *Lowerum*, in thoracis musculis iuxta *D. Deidier*, in stomacho iuxta plures, in pulmone iuxta alios, reponatur, cet. Quaerit *Caelius Aurelianus*, quis locus in hydrophobis patia-

tur; et respondet nervos affici iuxta Democritum; meningas iuxta Asclepiadis sectatores; diaphragma iuxta alios; stomachum iuxta Artorium et Artemidorum; ventrem iuxta Gaium Herophili sectatorem; cor, illa, caput et diaphragma simul si eredatur Magno Epheso. Febris morborum frequentissimus sedem habet in cerebro iuxta Mortonum; in corde iuxta Galenum; in finibus arteriorum iuxta plures Neotericos; in mesenterio saepius teste Baglivo; in pancreate teste Sylvio; in stomacho ut putant plures practici. Syphilidem locat in lymphä et semine D. Astruc; in spiritibus naturalibus Mercurialis; in hepate Per dulcis, cet. Quae sententiarum discrepancia satis euincit, morborum sedem non ita evidenter esse, ut ea possit characterem morbis cognoscendis et dignoscendis idoneum suppeditare, adeoque methodum, ex sede petitam, huic scopo minus utilem esse.

[Verum contra ea, quae auctor hactenus proposuit, morbi potest, abusum non tollere usum. Plures quidem, qui methodum anatomicam fecuti sunt, in eo peccasse, quod morbis incongruum tribuerent locum; non nego: attamen auctori concedere non possum, hanc methodum esse confusam, fallacem, incommodam. Licet enim arteriae, venae, nervi, fibrae, rel. cum omnibus musculis visceribusque intime sint mixta, adeoque confusa, lateat non raro, quae enumeratarum pars aliquando in specie laesa sit, limites etiam partium aegre non raro definiuntur, eadem pars variis et diversis aegritudinibus obnoxia sit, aegritudines quoque ratione sedis et simulantur, et dissimilantur, dum phænomenorum concursus est, sub integra parte, quam affectani putares, et contra; aegritudines etiam non possint omnino ita tradi, ut, quae singulas in specie partes defineant, enumerentur, sedes denique neque in genere, neque in specie aegritudinis tuto satis semper definiri possit: haec tamen attendi debent. Anatomiae notitiam non sine ratione in quoquis tyrone iure hic supponere licet, maxime eam, quae ad hanc methodum requiritur. Aegritudo potest parti, v. c. capiti, pectori, attribui, quamvis non omnino definiatur, utrum in viscere, an in musculis, rel. fedes proprie statuenda sit, id quidem si lateat (no. 83.). Sedes vero ex hoc usque cognita natura aegritudinis definiri pot-

erit, sicque effici, ut, licet non primaria indicatio inde consumatur, quam ne suggerit quidem, secundaria tamen emergat, indeque curatio magis rationalis euadet.

Neque etiam verum est, ut absque cadaveris sectione, fides aegritudinis in subiecto definiri non possit, dum ea potius effectum alium pro sede simulat. Et, quod aegritudines et simulentur et dissimulentur, id aequem omnem methodum premit, ac sedem.

Quare certe ad sedem respiciendum erit in methodo nosologica, ut subdivisiones inde emergant: nec culpari poterit in eo ipse *Sauvagesius*, qui phlegmias in exanthematicas, membranaceas, et parenchymatosas dispescuit, ac toties aegritudines ad sedem quandam revocavit, indeque nomina mutauit, neque ego, quod in systemate meo aegritudinum ad sedem quoque respexerim.

Ipse etiam b. A. concedit, ad sedem respici posse, dum ex denominatione non definitur sedes caussae, [sed ea, ad quam referuntur praecipua symptomata. (83.)]

63. *Aetiologica methodus* morbos a causis et principiis definit et diuidit, seu causas, et principia cognita, supponit, et ex hoc fonte notas, ad morbos cognoscendos et distinguendos, mutuatur.

Sic cum Galenici febris causam putabant esse calorem, in corde accensum, et in artus diffusum, ac, calorem eum in humoribus, in spiritibus et in solidis accendi, existimabant, febres ipsi diuisere in *cheticas*, seu ab accensis humoribus, aut spiritibus, et in *hæticas*, seu ab accensis solidis partibus; quae ab accensis humoribus, illas rursus diuidebant in sanguineas, biliosas, pituitosas et melancholicas.

Paracelsistae, qui omnes morbos produci somniabant a sulphure, terra, sale, mercurio, seu spiritu et astrorum influxu, eos in sulphureos, terreos, falsos, mercuriales, et atrales, diuidere amabant, et ab illis principiis definiebant. *Tachenius* vero sere omnes in acidos, alkalinos, et neutros, discriminabatur.

64. Quantum vero erroris sint similes characteres, ex causa hypothetica et arbitraria duelli, quisque facile percipit; ast non ita quisque sentit errorem, qui ex charadere aetiology-

gico, ad rationis et experientiae normam accommodato, potest exoriri, quod ut intelligatur, dico primo, *numquam medicinam progressuram fore, nisi firmis et indubitatis sit innixa fundamentis*; si enim mutabilia inconstanter fuerint eius fundamenta, ea ut mutabilis et labilis futura sit, consequitur. Verum optimae, quae hue usque traditae sunt, morborum aetiologyae, quales a *Sennerto*, *Sydenhamo*, *Ruerio*, *Boerhaave*, *Hofmanno*, *Pitarnio*, cet., traduntur, multum inter se discrepant, se mutuo impugnant, quolibet decennio mutantur, adeoque firma arti medicae fundamenta substerre, non possunt. Secundo, licet certa foret morborum aetiologya, non tamen ad morbos cognoscendos et distinguendos, ea characteres suppeditare valent: quia causa, quatenus causa, nequaquam in sensu incurrit (*Hamberg. Physic. praefat. pag. 35.*) et ex principiis, seu causis remotis, tantum morbi possibilitas, non praesentia, intelligitur. Nigaretur botanicus, qui, cum plantarum characteres aliis praebendos haberet, plantas definiens et diuidet, seu cognoscendas praebere vellet ex earum dotibus, licet obscuris, dubiis, sensu fugientibus, vel ex earum strucutura intimâ, hypotheticâ, ut folliculis, tracheis; quia delirum est, ab ignotis ad ignororum cognitionem procedere, et signa debent esse clariora re designandâ: a quo certe errore longe distant botanici, qui a numero, figurâ, situ et proportione conspicuis partium externarum et omnibus obuiarum suas classes, suaquæ genera ac species determinant, atque ad radices non, nisi inuiti, recurrent, cum alia signa deficiunt. Rideretur *Zoologus*, qui, ut animalium species et genera caeteros doceret, eorum characteres ex ovis, aut animalculis spermaticis, aliisque mysteriis generationis vellet deducere, quia genera et species sunt similitudines obuiæ, id est, sensibus conspicuae, adeoque qui evidenter et claritate definitur character, is ad definendum et diuidendum inceptus est.

65. Cum autem morborum principia et causæ sint saepius internæ, adeoque in corporis abdito latentes, ignotæ vel extrinsecæ homini, ac tantum morbi possibilitatem inferentes, ex causâ utcumque certâ nullus character evidens, et ex principiis (155), ut ut evidenteribus, nullus character certus erui

poteſt. — Si quis dux aut centorio militum ſuorum ſignatu-
ras ex naeuiſ abditis, notis obſcuris, ignotis, ſignisque vi-
ſum et ſenſum omnem fugientibus, exararet, fruſtra deſer-
tores recognoſcere tentaret hiſ detegendis praefectus. Ita et
ſi morborum historiographus morbos ex cauſis et principiis
deſignet, deſinat et diuidat, iſ ideo morbos deſignabit, vt
a nemine cognosci poſſint, quod ſapiențiae repugnat.

66. Morborum quidem cauſam et principia cognoſcere
vtiliſſimum, imo, fi velitis, neceſſarium exiſtimo; verum
ea notitia adhuc in votis eſt, et cauſas proximas praefertim
ante *Harvaeum* ignorarunt medici, in praxi feliciflmi; verum
quidquid fit, in tradenda morborum historia ſeponenda eſt
tantisper omnis hypotheſis et theoria philosophica, et ha-
rum cauſarum indagatio ex iſpa morborum historia debet
deduci, vt in geometria ex datis ſeu cognitis ad ignotarum
quantitatuum inuenitionem procedendum eſt, nequaquam vice
verfa.

[Haſtenius a *Sauvageſio* dilputata vtut ſpecioſa fint, eam
tamen vim non habent, quam putauit. Neque reticeri hic
poterit, videri b. virum e praeiudicata opinione, quā ſymp-
tomaticam methodum tamquam optimam elegit, aetiologiam
damnaſſe, et plures omnino, iidemque celebres viri,
Sauvageſium ideo reprehenderunt, neque iniuria. Ita Cel.
Selle (pyret. p. 49.) „Quanta inde in dogmatica medicinae
parte idearum vacillitas atque rerum confuſio oriatur, cui-
que artis tironi patet, qui methodum peruoſuit, quam *Sauva-*
ges adoptauit. Nullo enim ſtabili nexo iuncta eſt theoria,
quaes per totum ſyſtema inordinate diſperſa, innumeris repe-
titionibus, tironibus labore nimis grauem reddit, neque
philofophicam notionum ſeriem admittit.“

Certe quum totus labor fuſcipiatur, vt in praxi vtilis
ſit, et nexus inter theoriā et praxin perficiat (n. 7.), et
iudice *Gaubio* (path. §. 840.) „methodus, morbos ordinandi
ita comparata eſſe debeat, vt non in nominibus duntaxat
morborum inueniendis ſeſe vtilem praefet, ſed praecipue
facilem ad eruentas curationes viam expediat:“ ac monente
Hebenſtreitio (pr. meth. morb. ordin. Sp. I. p. 14.) „uſus hu-
ius methodi fit, indicationis alicuius communis, quaes mul-

„tis aegritudinibus, titulo disparate videntibus, respondeat, inventio; „ quod de sola methodo aetiologicalia statui potest, indeque compendium in arte desideratum fiat, dum ex caussis ad paucas classes restringi aegritudines possunt, ignota earum natura etiam inde innotescat, dum ob necessariam et certam caussas inter et symptomatum, seu phaenomenon, connexio- nem, per similitudinem ea declaratur, indeque medicinae incrementum promoueatur; caussae autem, licet in sensu non incur- rant, indubitatae aliquando sint, atque missis aegritudinum principiis, characteres earum saepe vix erui possint, contagii syphilitici exemplo; methodus certe aetiologicalia vere omnes praefat, ut tamen et symptomaticam non incongrue retineamus cum au- tore, dum methodum aetiologicalam magis simul sequimur.

Quin non operae solum pretium est, caussas attendere, indeque classificationem insituere, verum et medendi metho- dum, dum similitudo medelae arguit conuenientiam naturae et caussarum aegritudinum. (cf. cl. Selle l. c. p. 60. sq. System. aegrit. T. I. p. 29 sq.)

Caussis therapeuticis superstru autem classificatio non potest, quoniam therapeuta interdum initium curationis a cu- ratione symptomatis vrgentis facere debet.]

67. *Symptomatica* demum methodus ea est, quae a phaeno- menis morborum constantibus et evidenter symptomatis eorum characteres repetit.

„Quā enim, ait *Anglus Hippocrates*, aut compendiosio- „re aut etiam alia viā, vel causae morbificae, quibus obuiam „eundum est, reprehendi, vel indicationes curatiuae elici „possunt, quam certā et distincta peculiarium symptomatum „perceptione? Neque enim illa est circumstantia tam leuis „aut exigua, quae suos vsus ad utrumque non habeat. Nam „vt demus, aliquid varietatis a temperamento individuorum et „tractandi ratione proficisci, nihilominus adeo aquabilis ac „sibi vbique similis est naturae ordo in producendis morbis, vt „in diuersis corporibus eadem plerumque reperiantur eiusdem „morbi symptomata non secus ac vniuersales plantarum no- „tae ad omnia cuiusque speciei individua rite se diffundunt. „Qui violam v. g. accurate descriperit, aut eius characterem „semel ab eius phaenomenis constantibus ut partium fructifica- „tionis figura, numero, situ et proportione definuerit, omni-

„bus vbiique terrarum violis historiam illam seu characterem
„tum genericum, tum specificum, singulis speciei individuis
„conuenire facile animaduerteret.

68. „Et quidem existimo, pergit auctor, nos ob eam
„potissimum causam accuratori morborum historia ad hunc
„usque diem desitui, quia scilicet plerique eos pro confusis
„inconditisque naturae, male se tuentes et de statu suo deie-
„ctae, effectis tantum habuere, ac proinde laterem lauare cre-
„deretur is, qui iustum eorumdem enarrationem moliretur. At
„profecto haud minus se summum numen legibus certis ad-
„frinxit in morbis producendis, seu humoribus morbosificis
„maturandis, quam in plantis et animalibus. Quin imo uti
„cuilibet plantae, siue animali proprii quidam ac peculiares af-
„fectus competitunt, ita se res habet in qualibet fucci cuiusvis
„exaltatione, vbi semel in speciem eruperit; et sane qui fe-
„bris quartanae v. g. ordinem, accessum, tempestatem, in-
„vasionis horam, phaenomena frigoris, caloris, recessum, ver-
„bo omnia symptomata peniculatius trutinauerit, haud mi-
„nus ille firmis rationibus inducetur, vt credat morbum hunc
„speciem esse, quam sunt illae, ob quas credit plantam esse
„speciem, quae parem semper ad normam e terrâ nascitur, flo-
„ret, interit, cet., eo tantum discrimine, quod cum planta-
„rum species, demptis parasitis, per se subsistant, istae mor-
„borum species ab iis dependent humoribus vel caufis, a qui-
„bus generantur.

69. „Sed vt ad rem reuertamur, non minus certo
„etiam a minutissimis symptomatis indicationes curatiuas me-
„dicus potest deducere, quam ab iisdem summis diagnostica;
„atque adeo non semel mihi in mentem subiit, quod si morbi
„cuiuslibet historiam diligenter perspectam haberem, par-
„malo remedium numquam non scirem adferre, variis phae-
„nomenis viam, quâ mihi incedendum foret, haud dubiam,
„praemonstrantibus. Quae quidem phaenomena, si inter se
„sedulo conferantur, manu quasi ducerent ad indicationes il-
„las maxime obuias, quae ex intimo naturae sensu, non ve-
„ro ex phantasia erroribus, depromuntur.

70. „Atque his sane gradibus ad medicinae fastigium
„ascendit ille, numquam satis laudatus, medicorum romulus

„Hippocrates, qui hanc arti medicae insuper struendae solidam
„ac inconcussam substernens basin, (naturae morbis medentur)
„id egit, vt morbi cuiuslibet phaenomena aperta traderet, nul-
„la hypothesi adscitâ, et in partes per vim adactâ, vt in eius
„libris de morbis, de affectionibus, videre est. In hoc stetit
„magna divini Senis theoria.“ Hactenus Sydenhamus.

71. Humana corpora machinas esse, in iisdem faltem
aetibus, sexu et temperamentis inuicem similes, vel maxi-
me affines, docet tum exteriorum, tum interiorum, partium
comparatio; et eatenus quid in medicinae praxi, ac vita viva,
certum est, quatenus illa propositio pro certa habetur; sic cer-
tum habetur Titio, cor, pulmones, ventriculum nondum vivu-
perceptum, eundem situm, locum, eamdem figuram et par-
tium proportionem obtinere circiter, atque in Maeuio:
senam, eadem dosi, sub iisdem circumstantiis, eosdem effectus
generales esse in ambobus produxituram; panem profuturum
pro alimento; venena quaedam ambobus nocitura, cet. Et
haec certitudo moralis in vita sufficit.

72. Hinc sequitur, vt ab iisdem caussis et principiis iidem mor-
bi sub iisdem circumstantiis obuenturi sint; et vt certum est, vt
ambobus serum sanguinis lixiuiosum per vrinas, bilem per hepar
secernandam foret, ita materies morbifica eadē has, vel illas,
laesiones functionum, excretionum, vel qualitatum inducatura est.
Verum illae laesiones, seu mutationes, quatenus in sensus in-
currunt et conspicuae sunt, vocantur *symptomata*, et horum da-
tis caussis sufficientibus, illa velut effectus consequantur, neces-
sum est; quoniam nihil accidit in vniuerso fortuito, (et fortuna
est numen fictitium, quod ignorantiae caussarum ortum debet;) datis itaque caussis morborum consequi debent necessario sympto-
mata, eaque pro diuersis caussis et principiis diuersa.

73. Certa datur et necessaria inter symptomata et
causas connexio: verum symptomata sunt mutationes eviden-
tes et conspicuae, adeoque ex quibus, tamquam notis et cha-
racteribus, ad causarum cognitionem procedendum est, aut
procedere possumus; ergo non ex causis, nec ex sede morbo-
rum ad eorum symptomata, sed ex symptomatibus ad sedem
caussasque morborum est procedendum, tutoque progredi potest
medicus. [Ita quidem, quum vero ita quis processit, poterit me]

thodo aetiologicalis tironibus opitulari, aegritudinum naturam reuelata.]

Ex his sequentes canones deducere liceat.

74. * Definitio morbi est enumeratio symptomatum, quae, ad illius genus, vel speciem, cognoscenda et ab aliis distinguenda, sufficiunt.

75. Peccat itaque morbi definitio, quam ingrediuntur ea, quae sunt obscura et hypothetica, ut sedes interna et propria, quae sensibus in viuo homine non potest distingui; verum ea sedes est in definitione recensenda, quae sensu aut aegri relatu percipitur, licet causa, vel principium, morbi re-aperte alibi lateat. Sic quaecumque pars in ephialte primario laboret, quoniam aeger sensum grauaminis ad exteriora pectoris refert, illud symptoma in definitione reponendum est, et utrum in cerebello, pulmonibus, stomacho, sit materies morbifica, non in definitione pronunciandum, sed in aetiologya inuestigandum est. Sedes itaque symptomatum conspicua solum, non vero sedes causae abdita in definitionibus est exponenda, secus experimentum cum iudicio confunditur (10.). [Sed quoties in eo ipse peccauit auctor! Exempla tum genera, tum species, praebent.]

76. Peccat iterum definitio, quae causae, vel principiorum, mentionem facit, nec in genere definiendo tolerari potest, quia, licet certum foret et inconcussum, hoc morbi genus ab ea causâ produci, cum tamen ea sub sensu aegri, medicine non cadat, ea notam, vel characterem suppeditare non potest. Sic male definitur pleuritis a *Gorraeo*: inflammatio, seu tumor, rubore, calore, et dolore, siipatus in membrana, costas succingente; quia calor et dolor tantum, non vero rubor et

* Peccatum errorem admisit *Theſſalus*, qui nec ipsis actionum noxas, nec affellas, quiearum causae sunt, morbos censet, sed folis evacuacionibus medicos intentos esse vult. *Galen.* meth. med. L. II. Cap. 6. p. 26. [Nihilo fecius laudandus potius, quam vituperandus videtur *Theſſalus*. Nimirum si e methodo medendi classificatio aegritudinum institui possit, et debeat, medicus autem

que ad naturam debeat, quo vergat, et euacuationes, seu pepitos, maiorem partem sanitatem restituant, omnino e re esset, euacuationes potissimum attendere, inde que et aegritudinum classificationem instituere, viti e pepsi, modo facile licet. Tum enim non nocerent, nec sedes aegritudinis aegre agnoscenda, nec cauſarum conditio.]

tumor, sensu percipi possunt, et quia vitrum illa membrana afficiatur, in sensus non incurrit.

77. Hinc factum est, ut nulla certa et constans morborum stet definitio: sic ex *Aristotele* pleuritis est liquidae materiae coctio, seu densatio. Ex *Apollonio* definitur passio temporalis, atque celer secundum hypozocotas, aliquando in pulmonis partibus, saepius sine tumore. Ex *Aesclepiade* dicitur humoris fluor temporis parui, atque celer interiorum lateris partium cum febre atque tuniore. Ex *Sorano* dolor vehementer interiorum lateris partium, cum febribus acutis et tussicula, qua variae qualitatis liquor excluditur. Ex *Gordonio* (*Lili* pag. 203.) est apostema calidum velaminum costarum interiorum cibani pectoris. Ex *Helmontio* dicitur laceratio pleurae, et eius diuulsio a costis facta, non per pondus pituitae a cerebro defluentis, ut antiqui credebant, sed per conatus conuulsuos archei: vel est peregrina aciditas concepta ex archeo: *Helm. pleura furens* pag. 243. Ex *Junckero* Tab. 64. est febris acuta, continua, inflammatoria, secundaria, qua principium agens humores versus pectus dirigit, et statim in pleuram resoluere intendit.

78. Definitio nimis stricta est et falsa, quae omni speciei non competit; atque species ad genus datum pertinet, quae cum illo symptomatis essentialibus magis affinis est, quam aliis generibus.

Sic strictae nimis sunt pleuritidis definitiones, quae lateris tantum dolorem admittant, cum detur pleuritis dorsalis *Hippocratis*, pleuritis mediaстini *Avicennae*, aliaque species, quae ad aliud genus, quam ad pleuritidem, dimitti non possunt, quaeque tamen dolorem pectoris quidem, at nullum lateris, inferunt. Quinam autem sint generis limites, sola docet accurata omnium specierum, huc usque obseruatarum, enumeratio, quam qui ignorat, is genus definire apte non potest, nisi fortuito.

79. Definitio nimis est laxa, quae aliis generibus, quam definito, congruit, adeoque reicienda, cum, quae sunt distinguenda, confundat.

Sic definitio pleuritidis ab *Aristotele* et *Gorraeo* prolata multis morbis, a pleuritide diuersis, congruit; leuis phleg-

mone, pleuram afficiens, potest nullam febrem acutam inferre, adeoque nec pleuritidem; quotidie in cadaueribus eorum, qui pleuritidem non sunt passi, cernimus loca subtumida et rubro colore pleuram deturpantia, haud dubie prius leviter inflammata.

80. Definitio erronea est, quae principium, vel causam, *in sensu non incidentem*, determinat; illa enim determinatio non est solum saepius erronea, verum licet certa sit, non est ad definitionem apta. Sic errabat *Sennertus*, dum in definitiā pleuride inflammationem a pleura costarum ad pulmones usque extendi per venam cauam aut azygon pronunciabat; et *Foulonus*, cum eam ab influxu sanguinis feruidi, effusi, *Helmontius* ab acido, fieri putabant: verum et neoterici, qui haerentiam sanguinis in minimis vasis, tamquam causam, inter inflammationis characteres reponunt, similem culpam admittunt, cum ab haerentia sanguinis, quā tali, calor, dolor, pulsatio, distensio, tumorque nequaquam produci possint.

81. Genus morbi est eius definitio, seu enumeratio notarum quibus cum omnibus eiusdem classis et ordinis conuenit, et earum, quibus ab illis discrepat; sic pleuridem vocat *Alexander Trallianus* concursum febris acutae, pulsus duri, doloris punctorii thoraci, tussis et spirandi difficultatis, *ib. VI. cap. 1.* et ratione febris atque doloris conuenit pleuritis cum hepatide, nephritide, peripneumonia, aliisque morbis inflammatoriis; ast ratione tussis, sedis doloris, et dyspnoeae ab iisdem discrepat generibus.

82. Quoniam genus est similitudo specierum, quidquid dictum est de genere, conuenit speciei cuique huius generis, adeoque, quod semel dictum est de genere suo loco, frustra *) repeteretur in specie: verum cum symptomata generalia in diuersis speciebus similia sunt, similes sunt eorum causae, ac proinde therapia generalis eadem est (76); ergo cum genera methodice disponuntur, et simul theoria ac praxis generica tradi potest, et semel tradita repeti non debet in diuersis locis, quod in methodo anatomica et aetiologicala evitari vix potest, cum quot

* [Nihilo tamen minus toties b. si methodum anatomicam et aetiologicalam in re peccauit, ut saepe fecerat. Eas igitur plus dicta repere non potuisset, tur repetitiones evitandae sunt.]

sunt partes, quae v. g. inflammari possunt, toties *theoria et therapia* tradenda sit.

83. *Species* eiusdem generis tot debent enumerari, quot sunt obseruatae similitudines inter individuos morbos eiusdem generis, quae cum symptomatibus genericis symptomata, constanter propria, ab illis diuersa, secum adferuntur. Licet enim illae species, breuitatis gratia, aut propter usus recepti tyrannidem, a sede, vel a principiis procatarcticis, aut proegumenis, denominentur, ea tamen ratione sic vocantur, quae symptomata diuersa hisce nominibus tantum significantur. Sic *pleuritis mediajini Avicennae* nihil aliud significat, nisi eam pleuritidis speciem, quam his verbis expressit auctor, qui symptomata ipsi propria numerat. Sic *pleuritis dorsalis Hippocratis* ea est species, in qua dolor praecipuus ad dorsum refertur, et respiratio singultuosa videtur: licet ex hoc nomine nequaquam determinetur sedes causae morbi, sed tantum sedes, ad quam referuntur praecipua symptomata, quod semel pro semper monitum volumus.

84. *Differentiae* morborum sunt simplices illae relationes, per quas aliae species ab aliis distinguuntur ratione potissimum quantitatis. Sic differentia est morborum, si in longos et breues, acutos et chronicos, magnos et paruos, leues et graues, fortes et debiles, diuidantur: classes vero, ordinates, genera et species distinguuntur ratione qualitatis, adeoque fine aliis assumitis, aut fine relatione ad alia opposita intelligi possunt. Quantitas enim dari potest, ut maius; per se autem et fine relatione ad alterum scilicet minus, intelligi non potest. E contra vero qualitas dari potest, ut rubrum, rotundum, dulce, calidum, cet., et fine alio opposito ipsi comparato intelligi potest.

85. *Similia*, sicut similitudine, quantitate differre possunt: ergo, quae discrepant ratione quantitatis, possunt esse similia, ut maior imago minori; adeoque quantitas non mutat classem, ordinem, genus, nec speciem, et tantum differentiam constituit. Inde sequitur, ut magnum sit discriminem inter species morborum et eorum differentias, quae perpetram in scholis confunduntur, monente dudum et repugnante *Argenterio*.

86. *Gradus* sunt quantitates qualitatum (*Wolf. Ontologiae* 747.), adeoque per se et sine comparatione ad aliud intelligi nequeunt; et qualitates, saluâ identitate et similitudine, gradu differre possunt; ergo gradus non mutat genus, nec speciem: morbi itaque, quorum symptomata sunt similia, ut calor maior vel minor, putredo maior vel minor, extensio maior vel minor, cet., nec genere, nec specie, eâ solum ratione discrepant, quod symptomata sint intensiora, vel remissiora.

87. * Scio, fore plurimos, qui hanc specierum enumerationem nequaquam probaturi sint, siquidem in arte potissimum quaestuosa, in quâ non iuxta rationis, sed iuxta auctoritatis momentum, iudicari confuevit, plurimi in hac arte, quidquid a suis praceptoribus non acceperunt, aut ipsi non conceperunt, illud superciliosè contemnunt; id enim in botanica, licet minime lucrosa, factum nouimus; rizotomi si quidem et pharmacopolea, plantarum genera et species tot novas tam accurate a *Tournefortio* et *Linnæo* fuisse propositas, acriter doluerunt, et certe ex eo tantum stomachari illos puto, quod cum nomen sibi in re herbariâ fecerint, percipient tamen ab aliis scire, quod ipsi nesciunt: quorsum, aiunt, tantâ curâ, tantoque labore plantulas inquirere et muscos ac muscas venari, cum e tot millibus vix ducentae sint, quarum in medicina vsus sit. Sic etiam idiotaæ quaerunt: quorsum astronomi innumera describunt, notant, et suis asterismis inferunt fidera, quorum utilitatem non percipiunt? ego vero profanum vulgus censorum satis contemno, vt hisce obiectiōibus non respondam; hoc tamen est discrimen inter astronomos, zoologos et nos, quod impune illud et istud fidus, ac insectum ignorari possit, ast hanc vel illam ignorari morbi speciem, in medico culpa est, insonti plurimorum saepe hominum sanguine eluenda.

*) Est autem ab initio proposi- cies), ergo sic in enumerandis mor- tum illud: qui omnem morborum bis egisse, vt, neque individuis numerum methodo non inuenierit, hunc maxime in ipsis medendi me- thodi foribus lapsurum; cum con- flet totidem esse medendi rationes, quo sunt morborum ideæ (seu spe-

bis egisse, vt, neque individuis proprietatibus attentus, infinitos statuat, nec in primis statim generibus subsistat, id in promptu cuique non est, sed ei tantum, qui in me- thodi sit exercitatus. *Galei.*

PROLEGOMENA.

88. Quot miseri mortales medicamentis omnimodis frustra plectuntur ab officiosis medicorum imitatoribus ob ignorantiam morbi speciem? *Cephalaeam syphiliticam* qui non nouit, eam infusis omnibus per phlebotomias, martialia, emetica, cathartica, fonticulos, et id genus carnificinae debellare conabitur. *Cephalalgiam hysterica*, vulgo *clauum*, repetitis sanguinis missionibus, catharticis aggredietur ignarus, et aegram in ultimum periculum coniciet, quam specie gnarus grano laudani liberabit. *Ascitem* a suppressâ scabie nocivis aut saltuum frustaneis pharmacopolarum armis impugnabit medica ster; ast indutis scabiosi tunicis eruditus sanabit medicus. *Anorexiām* ab animi pathemate, ut a moerore productam, incasum per amara, emetica, stomachica subleuare tentabit, qui hanc ab aliis eiusdem generis speciem non distinxerit.

89. "Et sane, ait Baglivius (lib. 2. prax. med. cap. 9.) inter praecipua artis nostrae desiderata illud merito reponimus, vt singuli quique morbi in tot species subdistinguantur, quot sunt morbi primarii, a quibus fouentur, aut causae vehementes, constantesque, a quibus producuntur; et singularium specierum proponantur signa characteristica, nec non medendi methodus cuiilibet opportuna et stabilis; eadem potissimum ratione, quâ id factum videmus a botanicis, qui sub generali nomine alicuius plantae, v. g. *cardui*, plures carduorum species comprehendunt, suntque adeo seduli in describindis magnitudine, figura, colore, sapore, aliisque plantae accidentibus, quibus vnam *cardui* speciem ab alia distinguant, vt insigni laudum ornamento digni profecto videantur. Contra medici morbos nonnullos, qui in tot species distingui deberent, quot sunt morbi principales aut causae vehementes, a quibus fouentur, quia in nonnullis symptomatibus sibi similes videntur, sub uno generali titulo comprehendunt, eademque medendi methodo in singulis utuntur; cum re verâ et naturâ diuersi ad inuicem sint, et diversam medendi methodum exposcant singuli, et singuli pariter sub propriis reponi titulis debeant, prout de *cardui* species superius considerauimus."

90. Talem vero morborum historiam tanti fecit ille summus artis medicae restaurator, vt duos suae praxeos me

dicæ libros impenderit in flabiliendâ medicorum academiâ, quæ huic operi perficiendo tantum intenta foret: legantur potissimum cap. 4. 5. libr. 2. vbi praeiudicia medicorum diuersa à nobis sentientium firmis rationibus euellit; nec infinitas, nec inconstantes esse morborum species, sat clare demonstrat, rationibus a clarissimo *Sydenhamo*, et experientiâ, petitis.

His calculum suum inclitus addit *Mortonus*, qui in describendis variis phthiseos pulmonaris speciebus nobis praeluxit, quique in praefatione ait, „vehementer exoptandum esse, quin et hoc facculo iure merito exspectandum, ut praestantissimorum virorum opera et consilio, ceterorum pari ratione, morborum historia in clariori luce ponatur; frequentissime enim in medicinae opprobrium, aequa ac in aegrotantium sumnum damnum, plurimos morbos sub uno generali titulo, plerisque medicorum scriptis comprehensos, atque vni eidemque medendi methodo accommodatos passim reperimus, qui cum diuersis causis originem suam ducant, ita admodus diuersis symptomatis sifpati aequediversas indicationes subministrant, methodumque curandi, quo tandem optatus euentus attingi possit, aequa differentem requirunt. Cum vel pene deierare possim neminem, quantumvis generali hac scientia instructum atque versatum, cum successu felici artem suam exercere posse, donec vel ingenii sui acumine singulari fretus, vel multo etiam vsu instrutus, pro diuersitate causarum, et symptomatum, distinctiorem morborum ideam sibi ipse formauerit, et perspectam habuerit; atque inde sit quod nulla alia ars praeter medicinalem adeo longo vsu et experientiâ indigeat, etc.“

91. „Quanto ille et quam digno risu exciperetur, ait illustriss. *Musgrave* (*Praefat. de arthrite*) qui, dum artem exercere professus sit gemmariam, adamantes, quotquot sub eodem nomine circumferuntur, non distingueret, et omnes pro veris haberet. Idem foret medici error, si arthritidis diuersas non distingueret species; hac scilicet neglegit distincione, verendum, ne, dum vni eidemque tantum morbo oblistere contingit, multis iisque longe inter se diuersis et diversa ratione impugnandis ancipiti prorsus euentu, praelium in tenebris committamus.

92. Non omittendum est celebris in Leydensi academia professoris *D. de Gorter* suffragium: is morborum species aequae constantes existimat, ac sunt species plantarum, et naturam in suis operationibus constantissimam esse contendit. „Hoc si concedatur, quod a nemine fanae mentis negari potest, magna equidem affulget spes, obseruando naturae cursum, et redigendo operationes in ordinem, tandem praxis ad illam certitudinem peruenturam, qua hodie gloriatur botanica. Botanici plantas digesserunt in genera et classes, quas itidem in species; hoc non minori in medicinae praxi fieri posse certitudine reor; suavit mihi similitudinis id in utrisque ratio, et in quibusdam experientia: „*D. de Gorter orat, inaugural.* Autoritates summi ponderis, seu exemplum ab huiusmodi academiae cancellario olim et archiatrorum comite *D. D. Chicoyneau*, dum de peste scripsit, et a celeberr. regiae archiatro *D. Helveticus*, dum de variola differit, propositum in nostras partes traherem, nisi in pathologia methodica prius idem animaduertisssem, quo circa hisce supersedere visum est. Legatur de his illustr. *Gaubii pathologia.*

2º. *Nomenclatura nosologica.*

93. Si quae ab aliis abstrahimus, vocabulis peculiaribus designamus, hoc modo abstractiones fiunt magis clarae et distinctae, et abstracta facilius memoriae mandantur, ac diutius retinentur. Demonstrat *Wolfius Psychologiae empiricae* 284.

94. Genera et species morborum sunt notiones abstractae; neque enim dantur in uniuerso tum genera, tum species, sed tantum individua. Illa itaque peculiaribus vocabulis, id est, nominibus, sunt designanda, ut clarius, distinctiusque cognoscantur ac intelligentur.

95. *Nomina* si tollas, nulla est cognitio rerum, ait *Isidorus*; nec enim colloquio ulli locus est sine nominibus, nec eas intuitu satis cognoscere possumus, ut docet quotidiana experientia; unde fit, ut, quo quid distinctius nosse volumus, eo accuratius eius nomen memoriae infigamus.

96. *Vocabula et nomina* (n. 33. 34.) sunt signa idearum nostrarum, et tantum valent, quantum sonant, vel quantum

ex definitione constanti certus est et fixus eorum significatus.
Si itaque ob inconstantiam loquendi eodem nomine plures ideae enuncientur, eo prolati, auditor, quid significet hoc nomen non intelligit, adeoque, qui verbis aequiuocis vitetur, is ideo loqui videtur, ut intelligi non possit. Eodem itaque nomine vniuersa tantum idea significari debet, si cordate loquamur.

97. Eidem rei diuersa nomina affigere frustraneum est, cuilibet itaque generi vnicum nomen, illudque, quoad fieri potest, simplicissimum conuenit, et quelibet huius generis species nomine non generico solum, sed etiam epitheto ipsi addito, seu specifico, debet designari. *Ephemera* v. g. nomen est genericum febris continentis, quod sufficit ad omnes eius species generice designandas; verum quoniam datur species, sudore intenso stipata, altera a lactis prouentu, puerperis communis, illae species nomen suum specificum postulant, unde merito alia *ephemera sudatoria*, altera vero *ephemera lactea* nuncupatur. Immerito vero prior vocaretur *hydropyretos*, quia hoc nomen nouum genus exhiberet, adeoque generica nomina fine necessitate multiplicaretur. Quo pauciora sunt nomina generica, seu genera, eo facilius retinuntur et intelliguntur: si vero tot genera constituantur, quot species, tunc ea multiplicantur fine necessitate, et cum summo scientiae detimento, res enim recidit ad primum chaos, et omnis methodus inutilis est.

98. * Si propter loquendi inconstantiam vni nomini plures vulgo significatus respondeant, tunc temporis auctor debet, geometrarum more, quid ipse hoc nomine intellecturus sit, praemissa definitione, monere, et sua definitioni constanter adhaerere. Si eodem charactere arithmeticus in computo reddendo vteretur, nunc ut significaret decem, nunc ut significaret quatuor, is haud dubie stultus esset, vel nequam, et veterator, cum vel decipi, vel decipere vellet; verum nomina sunt idealium nostrarum characteres, et discursus sunt

* „Multo lucidius esse opinor, significant, auditorem consummum vnicuique rei seorsim vnum nomen, ipsique proprium, indare, eoque perpetuo vt, cum sciam quod communia nomina, quae alterum non magis quam alterum lib. I.

idearum computa, quae lectori reddi debent, adeoque q̄āi codem vocabulo diuersas ideas indiscriminatim exprimit, is semetipsum non intelligere, vel ab aliis non intelligi conatur, adeoque errat, vel decipit. Veteres *n̄rūi* nomine intellexerunt indiscriminatim et *n̄rūum*, et tendinem, et ligamentum; physici *fermentationis* nomine motum omnem intestinum indigitauere; nuperrimi vero ab eo vocabulo excluderunt merito *effervescentiam* et *putrefactionem*, distinctisque nominibus ideac magis distinctae evaferunt.

99. Poētis et oratoribus suas ideas synonymis et homonymis exprimere solemne est, illis enim non vera loqui, sed auri potius, quam menti, iucunda proferendi animus est; sed in scientiā graui et seriā aequiuocas voces adhibe prorsus inconsultum est, et ex illā prauā consuetudine fluunt illae indecorae scholasticorum tricæ et disputationes, quae geometris et sapientibus naufragant, in quibus scilicet de verbis continuo luditur; quoniam, cum voces aequivocæ inconsiderate vel consulto adhibeantur, tutum est respondentι, vel praefidi in distinctionibus repetitis per fugium, vnde argumenta eluduntur, et disputatio philosophica in rixam muliebrem vel puerilem altercationem degenerat.

100. Nullum fere genus esse morbi, cui constans competit definitio, experientia docet (77); adeoque nosologi prium officium est, cuique morborum nomini generico constantem significatum imponere.

101. Nomina generica apte definiri non potuerunt a primis medicinæ patribus, qui plures species deinceps inuentas ignorarunt, adeoque suis generibus includere non potuerunt; ergo sic definiantur genera, vt species omnes huc usque observatas amplectantur.

102. Nomina generica simplicia solis generibus morborum competere debent (99), adeoque reiicienda sunt ea nomina, quae aliis subiectis communia sunt, seu quae ex physiologiā, botanicā, zoologiā, aliisque scientiis in nosologiam translata fuere. *Appetitus*, *furor*, *taedium*, sunt termini psychologiae, ergo ex nosologiā sunt expungendi, et sic minus placeant.

PROLEGOMENA.

43

Appetitus defecitus,	qui <i>Anorexia</i> .
Furor vterinus,	qui <i>Nymphomania</i> .
Passio iliaca,	quae <i>Ileus</i> .
Taedium vitae,	quod <i>Melancholiae species</i> .

103. *Fames, sudor, mictus, deiectionis fluxus, coctio, appetitia, cet.*, sunt termini phisiologici, adeoque e generibus morborum expungendi.

Fames bouilla,	quae <i>Bulimia</i> .
Mictus cruentus,	qui <i>Haematuria</i> .
Deiectionis frequens,	quae <i>Diarrhoea</i> .
Fluxus alui,	qui <i>Diarrhoea</i> .
Fluor albucus,	qui <i>Leucorrhoea</i> .
Vigiliae,	<i>Agrypnia</i> .
Motus conuulsivus,	<i>Conuulsion</i> .
Insultus epilepticus,	<i>Eclampsia</i> .
Chorea sancti Viti,	<i>Scelotybera</i> .
Cibi fastidium,	<i>Cacosititia</i> .
Apprehensio,	<i>Catalepsis</i> .

104. *Morbus, afflatus, diathesis, lues, epidemia, dolor, febris, alui fluxus, imbecillitas, intemperies, cet.*, sunt termini classium et ordinum, adeoque generibus minime applicandi, ne, cum genus designatur, lector classem intelligat; ne per plura nomina genus significetur, quod per unicum potest exprimi.

Morbus neapolitanus,	qui <i>Syphilis</i> .
Diathe sis scorbutica,	quae <i>Scorbutus</i> .
Epidemia pestilens,	quae <i>Pestis</i> .
Dolor auris,	qui <i>Otalgia</i> .
vteri,	qui <i>Hysteralgia</i> .
pectoris, cet.	qui <i>Pleurodyne</i> .
Febris ardens,	quae <i>Tritaeophyda</i> .
putrida,	quae <i>Synochus</i> .
quartana,	quae <i>Quartana</i> .
quotidiana continua,	quae <i>Amphimerina</i> .
pestilens,	quae <i>Pestis</i> .
Alui fluxus cruentus,	qui <i>Dysenteria</i> .
chylous.	qui <i>Cochaea</i> .

PROLEGOMENA.

ferosus,	qui <i>Diarrhoea</i> .
Imbecillitas hepatis,	quae <i>Chlorosis</i> .
ventriculi,	quae <i>Anorexia</i> .
Morbus facer.	
Morbus herculeus,	
Morbus comitialis,	
Morbus caducus,	
Lues deifica,	
Malum Sti. Joannis,	
Incubus,	
Succubus,	
Incubo,	
Pnigalium,	
Epibole,	
Cochemar,	
Chauchevieille,	

105. Nomina generica synonyma sunt eligenda, et optima pejoribus anteponenda.

*Morbus Gallicus Bagliui, Lues Neapolitana Gallorum, Lues Bauarica, Morbus Lustanicus, Paturſa, Pudendagra, Morbus meuius, Scorbutus Neapolitanus, Mentagra, Lues venerea, Varioſa magna Jouberti, cet., sunt synonyma Syphilis Fracastorii, quam Angli, Indi, Hispani, aliis etiam nominibus * hic non recensendis insigniunt; ex his nomina composita et classibus communia, nec non ex regionibus petit, vt lues venerea, triplici titulo sunt reicienda: variola et paturſa vt barbara ableganda; pudendagra et mentagra deceptiva sunt, et ex diuerſis linguis consarcinata; superest itaque optimum nomen syphilis; caetera sunt expungenda.*

106. Nomina composita ex vocabulis distinctis, pro generibus designandis, simplicibus aut coalitis, sunt postponenda.

Inflammatio hepatis,	quae <i>Hepatitis</i> .
renum,	<i>Nephritis</i> .
intestinorum,	<i>Enteritis</i> .

* Las buas. Las bubas. Le- rola. Ocharola. Boraail. Unghian- pian. The yaws. Pua. Pella- rola. French poxnambakaffian.

meningum,	<i>Phrenitis.</i>
ventriculi,	<i>Gastritis.</i>
Vleus pulmonum,	<i>Plithisis.</i>
Vleus prostatarum,	<i>Gonorrhœa.</i>
vteri,	<i>Leucorrhœa purulenta.</i>
Passio hysterica,	<i>Hysteria.</i>
colica,	<i>Colica.</i>
Hydrops abdominalis,	<i>Astites.</i>
intercus,	<i>Anasarca.</i>
Chorea Sancti Viti,	<i>Scelotyrbe.</i>
Sputum sanguinis,	<i>Haemoptysis.</i>
Profluuium alui,	<i>Diarrhoea.</i>
Melancholia - morbus.	<i>Melancholia.</i>
Cholera - morbus.	<i>Cholera.</i>
Pauor nocturnus,	<i>Panophobia.</i>
Ardor virinae,	<i>Dysuria.</i>
Mictus cruentus,	<i>Haematuria.</i>
Morbus virgineus,	<i>Chlorosis.</i>
Morbus arquatus,	<i>Aurigo.</i>
Icterus niger,	<i>Melasicterus.</i>
Difficultas respirandi,	<i>Dyspnoea.</i>
Sitis nimia,	<i>Polydipsia.</i>
Ardor ventriculi.	<i>Pyrosis.</i>
Laeuitas intestinorum,	<i>Lienteria.</i>
Difficultas intestinorum,	<i>Dysenteria.</i>
Coma somnolentum,	<i>Cataphora.</i>
Coma vigil,	<i>Typhomania.</i>
Amor insanus,	<i>Erotomania.</i>

107. Nomina barbara, seu nec graeca nec latina, barbaris et Garamantis sunt relinquenda, vt

Gutteta,	quae <i>Epilepsia.</i>
Heim - weh,	<i>Noftalgia.</i>
Subeth,	<i>Cataphora.</i>
Beriberi,	<i>Beriberia.</i>
Mirachia,	<i>Hypocondriasis.</i>
Aproximeron,	<i>Anaphrodisia.</i>
Die Varen,	<i>Mais.</i>

Sod^z,quae *Pyrosis*.

Veirola,

Syphilis.

108. Nomina deceptiva, vel speciebus contraria, vt di-
minutiua, pluralia et veritati repugnantia, reiicienda sunt.
Fluxus hepaticus, qui non semper est hepaticus *Hepatirrhoea*.
Fames canina, quae lupina, humana etiam est, *Bulimia*.
Fluor albus, qui etiam viridis, luteusque, *Leucorrhoea*.
Pauor nocturnus, qui saepe diurnus, *Panophobia*.
Noctambulismus, qui interdiu fit, *Somnambulismus*.
Incubus, qui est succubus, *Ephialtes*.
Morbus Italicus, qui est Gallicus, Americanus, cet. *Syphilis*.
Morbilli, quasi plures parui morbi, cum sit vnum
et magnus, *Rubeola*.

- Variolae*, cum sit vnicus morbus, a varis diuersus, *Variola*.
Morbus regius, qui subiectis non parcit, *Aurigo*.

Licet autem nomen gracuum, vt leucorrhœa, hepatir-
rhœa, vitio simili laborare videatur, quo latium, interea mul-
to pauciores deludit et tolerabilius est.

109. Nomina generica ex aliis artibus et scientiis mu-
tuata, illis restituenda sunt.

Ex zoologis *testudo*, *taipa*, *lupus*, *cancer*, *ouum*, *vua*,
vinguis.

Ex botanicis *lichen*, *paronychia*.

Ex oeconomicis *clanus*, *nodus*, *lorum*, *ignis Persicus*,
pannus, *gutta serena*.

110. Nomina causarum et principiorum pro morbis ipsis
generice designandis sunt erronea.

<i>Ictus venti</i>	-	Pleuritis, Angina, Rheumatismus.
<i>Obstrutio</i>	-	Chlorosis, Dyspnoea, Aurigo, Cephalaea.
<i>Indigestio</i>	-	Vomitus, Diarrhoea, Cholera, Ephemera.
<i>Saburra</i>	-	Cholera, Synochus, Diarrhoea.
<i>Conatus</i>	-	Pleuritis, Lumbago, Rheumatismus.
<i>Vapores</i>	-	Hysteria, Epilepsia, Vertigo.
<i>Ictus solis</i>	-	Cephalalgia, Phrenitis, Ophthalmia, cet.
<i>Calculus</i>	-	Dysuria, Ischuria, Nephralgia.
<i>Vermes</i>	-	Eclampsia, Bulimia, Colica, Carus.
<i>Virus</i>	-	Syphilis, Scrofulus, Variola.
<i>Suppresso mensium</i>	-	Cephalalgia, Asthma, Vertige, Anorexiz.

<i>Vitia oculorum</i>	(57) Amaurosis, Amblyopia, Ophthalmia, cet.
<i>Dyspepsia</i>	Anorexia, Cardialgia, Diarrhoea.
<i>Vomica hepatis</i>	Hepatalgia.
<i>Flatus</i>	Colica, Meteorismus.
<i>Defectus mictionis</i>	Stranguria.
<i>veneris actus</i>	Anaphrodisia.
<i>appetitus</i>	Anorexia.

Infinita prostant apud autores eiusmodi nomina pro morborum generibus venditata: illi pro morbis vermes, calculos, cet., non erubescunt obtrudere; quidni gladios, lapides, dentes ferarum, aëra, ignem, sterlus, morbis annumerant; eum ab his omnibus intra corpus adactis, vel ipsi intempestive admotis functiones aequae laedantur, ac a vermisbus, calculis, pure effuso, aqua collectâ, saburrâ, cet. Omnia venena, medicamenta, alimenta morbos inducunt, anne propterea morbi sunt? [Non sunt quidem morbi, secundum Sauvagei idem, at nisi pro caussis morborum habere malueris, utique ad eam dignitatem etuchi possunt et debent fere. Licit enim vermes, calculi, in se spectati pro corporibus praeternaturalibus, aut solum diathesin praebentibus, aut pro effectu communis morborum, haberi possint; comprobauit tamen, ni fallor, grauioribus argumentis, utique saburram, verminosam etiam, pyogeniam, catarrheuma, lithiasin, morbos vere esse, in systema, aegrit. Hae enim omnes et peculiarem caussarum concursum ad sui genium requirunt, stipantur epigenematisbus suis, et passiones symptomata excitant eadem, ac plethora, scorbutus, arthritis, lues, quae morbos esse facile concedes. Sed in huius rei neglegēt ratio contineri videtur, quod Sauvag. methodum suum alii praeponeret, sicut et plura vitia in enumerandis et rite aestimandis aegritudinibus committeret, quae videtur euitaturus fuisse, si nostram sententiam amplexus fuerit.]

III. Defectus et priuatio nihil est posituum, neque ullam ideam morbi menti imprimit. Miror haec nomina Felici Platero ita arrisisse, vt classem defectuum instituerit, vt defectus partus, sudoris, lactationis, conceptionis, motus vitalis, digestionis, deiectionis. Verum vt cumque a suppressis quibusdam euacuationibus siant aliquando morbi, ipsi tamen defectus,

PROLEGOMENA.

morbi non sunt. Sunt bene multae mulieres, quae optime valuerunt sine menstruis, multi viri sine vsu veneris; sunt, qui per semimensem non deficiant feces et optime se habeant; ergo suppressio eorum per se morbus non est. Cum quis fonticulis, phlebotomiae, catharsi, vomitui est assuetus, horum suppressio ipsi morbos inducit, ut notum est; ast inde non sequitur, quod suppressio vomitus, diarrhoeae, haemorrhagiae, cet., sit morbus: inde enim illud absurdum sequeretur, quod tot sint morbi, quot sunt morborum defectus, seu quosdam morbos esse morbi priuationem. Has suppressiones, hosque defectus nullus graecorum medicorum morbis annumeravit, ut patet ex defectu nominum genericorum ipsis a graecis inditorum; et si haec valeret generum institutio, genera in infinitum excrescerent: etiam si idea morbi sit negativa, ut in soporosis accidit, illam tamen per symptomata positiva definire consultius est, quia, quod adest, obseruare licet, quod non est, diuinandum est, in sensu non incurrens, adeoque symptoma non est. [Vtinam et recentiores medici haec attenderent semper! Tum certe vox *malignitas* non fecisset tantas lites stragesque; neque in definienda aegritudinis natura toties haerent tirones].

112. Nomina generica noua morbis nouis, qui ad priora genera non pertinent, a methodicis auctoribus possunt et debent imponi, vel nomina vacua ex antiquis auctoribus ad illos significandos determinari, vide *Wolf. Log.* 144.

Si qui nouas plantas obseruant, illas nomine proprio novo non insignirent, nulla cum aliis harum distincta communicari posset notio. Si peregrinator vrbium, quas obseruat, nomen ignoret, is earum ideam distinctam non retinet. Idem de morbis dictum esto; si nomen non habuerint, nulla eorum est notio: ergo si noui sint, novo nomine debent insigniri iuxta leges a prudentia sanctitas. Sic *Caelius Aurelianus* nomen indidit plurimis morbis, ut *catalepsi*, *hydrophobiae*, *phagedaenae*, *oneirogono*, *coeliaceae*, *elephantiasis*, *asciti*, *tympaniti*. *Plinius testis* est, suo aeuo nomen *colicæ* inditum fuisse. *Zwingerus* potopatridalgiae seu *nostalgiae*; *Baglivus* *hysteriae*; *Boerhaave gastritiidi*, *enteritiidi*; *Fracastorius syphilidi*, cet., imposuerunt. Et quoniam novum genus est, etiam res des-

finita sit antiqua, cum nouae species ipsi aptantur et ipsum ad nouam methodum accommodatur, idcirco non astronomi solum siderum nomina plurima noua in medium attulere, sed et anatomici, ut *Winslowe*, *Ruysschius* nomina noua muscularis, membranis, botanici plantis, zoologi piscibus, insectis, avibus dudum cognitis imposuerunt; geometrae curuarum classes, et genera plura nominauerunt; verbo quā proportione scientiae paulo felicius exultae et latius promota fuit, eā nomina generum et specierum distinctiora et meliora multiplicare necessum fuit, idem in arte medicā euenit, ut patebit conferenti genera morborum *Cachio Aureliano* et deinceps neotericis cognitorum.

113. Nomina morborum generica, si epitheto fuerint flippata, specifica euadunt; eatenus enim epithetum nomini generico additur, ut eius valor quid distincti a genere designet, adeoque speciem determinet: epithetorum vero leges eadem sunt, ac nominum genericorum, quibus tamen sequentes adantur.

114. Distinctio morborum in *legitimos* et *spurios*, *veros* et *falso*, ut plantarum in *veras* et *fatuas*, est omnino spuria et fallax; nam qui definit recte genus, ipso nomen indidit, ex hoc ipso exclusit species huic definitioni repugnantes, ergo species illae nomine eodem generico insigniendae non sunt. *Pleuritis* v. g. definitur morbus febre acutā, dolore pectoris punctione, tussi, et dyspnœa insignitus. Si iam ea diuidatur in veram et spuriam seu falsam, idem est ac si diuideretur in eam, quae est *pleuritis*, et eam, quae non est aut quae falso *pleuritis* iudicatur, hanc enim falsam vocant, quod certe absurdum est. Antiqui verum vel legitimū morbum eum vocabant, qui iuxta suam sententiam fiebat a quodam humore determinato, ut cynanche a sanguine: *spurium* vero, qui partim a sanguine, partim apertitū, ut *angina catarrhalis*. Rustici pari errore diuidunt v. g. saluia in veram, quae salvia est, et in spuriam, quae salvia non est, sed phlomis vel stachys. Quoniam docti etiam medici et chirurgi distinctionem in *legitimos* et *veros*, *spuriosque* et *falso* reperunt, v. c. in herniis, videndum, quid pro excusatione possit dict. Si aegritudines definis syndromen symptomatum,

rel. vtique is complexus symptomatum accidere potest a principiis, caussis, quae aegritudinem fistunt, vtique conformem theoriae de essentia aegritudinis: tum vero etiam ab aliis, quae aegritudinem fistunt, indole quidem perquam diuersam, at symptomatibus eamdem. Priores vtique poterunt legitimae aegritudines dici, posteriores spuriae. Sic e. c. *genuina inflammatio* poterit dici, quae statum inflammatorium, sanguinem phlogisticum, plethoram supponit; *spuria*, quae aut nerorum commotioni, aut diathesi putridae debetur, nec statum vere inflammatorium fistit. Huc et passiones simulatae et disimulatae maxime. Aliud exemplum herniae fistunt. Quare videtur haec distinctio retinperi posse.]

115. Species morborum a regione, subiecto, tempestate, non debent denominari, quia illae conditions in ipso aegrotante non sunt conspicuae, et idem morbus diuersis regionibus, subiectis, tempestatisbus, cet., est communis.

Colica Pictonum infestat in Morauia, Hungaria, rariores hodie apud Pictones.

Lues gallica seu syphilis infestat Americanos, Italos, Anglicos, cet.

Morbus virginicus, chlorosis, etiam scorta et vxoratas mulieres, imo quandoque viros infestat.

Quartana autumnalis eadem est, ac verna, aestiva, hibernalis. Ridemus veteres botanicos, qui plantarum genera et species diuidebant in montanas, pratinenses, aruenses, maritimas, cet., quia eadem species nunc in pratis, nunc in aruis, nunc in montibus cet., enascitur; mirum est, nosologos ab eo errore nondum liberatos esse.

116. Nomina specifica eatenus valent, quatenus characterem praese ferunt, quo species cognoscatur, aut ab aliis distinguatur; verum epitheta, quae indicant causam, aut quid obscurum, dubium, in sensu non incurrens, characterem seu notam non suppeditant, adeoque omnia quae ex hypothesi, causa latente, sede ignota deducuntur, sunt fallacia vel minus utilia nomina.

Tertiana legitima Galeni, quae a bile sincera.

Tertiana notha Galeni, quae aibile et phlegmate.

Scorbutus ab acido, *scorbutus ab alkalino*.

PROLEGOMENA.

51

Cephalaea sympathica, cephalaea idiopathica.

Pleuritis essentialis, pleuritis secundaria.

Si vero illis nominibus auctor intelligat, non causam, nec sedem, sed symptomata in descriptione recensenda, quae speciem illam distinguunt, nomen est tolerabile, maxime si breve et triuiale.

117. Epitheta, tropis et figuris ornata, comparativa, superlativa, aut quoquis modo gradum et quantitatem designantia, ac demum sesquipedalia, reicienda sunt. Nihil pulchrum, nisi quod verum: procul itaque oratorum figura; nomina propria fint, non vero allegorica et fucata; vide *Wolf.* Log. 149.

Tarantismus mirandus Guiller.

Epilepsia mira abdominalis Heurnii.

Nomina relativa nihil docent, cum in ipso morbo relatio non potest obseruari, nisi plures simili comparentur, iisque praesentes.

Apoplexia leuis, apoplexia grauis.

Ophthalmia recens, ophthalmia inueterata.

Amphimerina leuior seu notha Boneti.

Amphimerina syncopalis minuta Jonstoni.

Nomina sesquipedalia breuioribus sunt postponenda.

Potopatridalgia Zwingeri locum cedat nostalgiae Nenteri; malum hypochondriaco - hystericum Junckeri cedat hysteriae Bagliui.

118. Nomina specifica quasi in aegrotante reperiendas ac velut inscriptas notas, easque constantes, et euidentes, referre debent.

Harumce regularum rationes qui fusius perspectas habere voluerit, adeat excellentissimi D. Linnaei, botanicorum principis, criticam botanicam, ad cuius exemplum nomina morbis epitheta tum triuialia addidimus ad species designandas, tum scientifica seu characteristica addenda proponimus ns, qui hoc opus, aut simile, vterius promouere voluerint.

Nosologiae philosophicae fundamenta.

119. Philosophia est scientia possibilium, quatenus esse possunt, *Wolf.* dis. 29. Cognitio philosophica non in nudâ

facti notitia subfistit, ut historica, sed ulterius progressa rationem facti palam facit; ut intelligatur eius possibilitas, seu cur istius modi quid fieri possit. Nosologia itaque philosophica est habitus demonstrandi, quod afferitur circa principia, causas, et relationes morborum; Graeci *aetiologyam* vocant.

120. Quorum philosophica nobis est cognitio, ea certiori successu ad casus in vita humana obuios applicantur, quam vbi eorumdem non nisi historicam habemus, *Wolf. dist. 41.* ea ad plures casus in vita humana obuios applicantur, quam vbi eorumdem non nisi historicam habemus, si ratio eius quod speciei competit in notione generis contineatur, *Wolf. 42.* atque ab ea propositionum numerus imminuitur, ut cognitione minus ampli instructus ad plures casus sit paratus, qui ex casu speciali obseruato notionem vniuersaliter enunciare potest (*id. 43.*); ac demum philosophica cognitio historicam iuuat, mathematicae viam sternit, et animum voluptate perfundit, et felix qui potuit rerum cognoscere causas. Haud dubium est itaque, quin nosologia philosophica medicis utilis sit, et historicâ praestantior, eaque dogmaticos ab empiricis distinguit; empirici enim in merâ historicâ cognitione subfiebant. Verum si philosophica fuerit erronea et falsis principiis innixa, tunc historicæ simplici postponenda videtur; satius enim est nullam habere aetiologyam, quam falsam, ex qua scilicet in errores medicus induceretur. [Aegritudinum aetiologyam dare, quae fallax non esset, huc usque a medicis proh dolor! alienum, quamquam aliquam dare, mancam utique oporteat, si vel indicationes therapeuta construere voluerit. Ideo in syst. meo aegritudin. T. I. p. 38 sq. introductionem solum ad aetiologyam recensui, in enarrandis caussis morborum deinde breuis, quam tamen consulas velim. Sunt enim, quae hic praetereo, dicta non negligenda. Si nosologiae fructus in multis medicis germinabunt, tum aetiologya magis excoletur.]

121. Instituti nostri ratio non exigit, ut hic physiologiae, pathologiae, hygieines, et therapeuticae fundamenta tradamus. [Quamvis haec medicinae partes ad nosologiam non spectent, tamen haec attendi debent. Quamdiu paraphysiologia, quam dico, id est doctrina de natura aegritudinum, anatomica, physiologica, nondum stabilita est, sed fragmenta physiologorum sufficere de-

bent, non poterit physiologia prorsus omitti: ne dicam, eam necessario supponi. Pathologiae nexus per se patet. Hygiene et therapeutica non possunt prorsus omitti, et cum utilitate ipse A. has recensuit, quoniam inde perspicitur, quae sint iuuentia, quae nocentia, ut de natura et causis aegritudinum constet. Quoties etiam haec sola in observationibus lucem accendunt, quossum aegritudo vere pertineat, quam autores saepe erronee proposuerunt, aut curarunt! Quare etiam hanc addidi Syst. meo aegritudinum, et videbis recentiores medicos consentientes.] Notum est in medico requiri non auxiliorum solum, ut medicaminum, instrumentorum, sed et humanae machinae notitiam, tum historiam, tum philosophicam; id tantum in nos fuscipimus, ut fundamenta philosophicae nosologiee hocce aevo minus cognita aut neglecta, quae tamen, me quidem iudice, necessaria sunt, paucis tradamus; in quibus certe si nexum et ordinem exquirerem, multo prolixior essem; caetera ex Winslowo, Boerhaave, Pitcarnio, Schreibero, aliisque cognita suppono. Atque quoad fundamenta ontologica, psychologica et mathematica, ea omnia solus fere suppeditare potest celeberr. *Wolfius*, cuius et terminos, utpote definitos, et propositiones demonstratione munitas in usum vocare, nequaquam vero iterum definire nec demonstrare, meum est.

122. Homo est aggregatum ex animâ viuente et motabili atque machinâ hydraulicâ simul unitis.

123. Humana machina ita a summo numine est fabrificata, ut eius singulae partes et actiones ad totius conseruationem seu tutelam et medelam mirifice conspirent.

Sic oculus ita struclus est, ut eius singulæ partes eo colliment, ut nitida obieclorum externorum imaguncula in retina depingatur, unde moneatur anima de obieclorum sibi utilium, aut noxiiorum, praefentiâ: media, per quae ille finis attingitur, sunt corneæ conuexitas, pelluciditas, radiorum refrangibilitas, eorum a crystallino refractorum conuergentia; verum ut cornea sic pellucida seruetur, lacrymis affluentibus lubricari debuit, ab externarum iniuriarum accessu per palpebras, earumque nictationem muniri debuit, globus apposi-

tis muscularis versus obiecta dirigi, pupilla ad moderandam lucem nunc constringi, nunc dilatari, cet.

124. In hoc autem sita est sapientia, ut finem utilem sibi proponat agens, ad quem obtainendum media optima dirigantur: cum autem humanam machinam attente consideranti patet eius singulas partes in sui et totius conseruationem ultimo conspirare, et singularum actiones dirigi in fines proximos, qui sunt media ad finem obtainendum aptissima, quin humana machina a sapientissimo creatore sit fabrefacta, nullum est dubium.

125. *Vita animalium* est coëxistentia actionum cordis, et in natis pulmonum, cum actionibus animae: positâ actione ponitur vis, quae eius est ratio sufficiens, adeoque *vita* vires vitales et animales coëxistentes audit.

126. *Vita perfecta* est complexus omnium actionum in totius conseruationem tendentium; ut autem in eundem finem consentiant, non omnes actiones possibles eodem tempore, eademque aetate debent simul exerceri, sed somnus et vigilia, manducatio et deieclio, accrescentia et generatio, diuersis temporibus peragi.

127. *Perfectio* est sufficientia ad finem, seu plurium diversorum consensu in unum finem: Deus vero creauit hominem perfectum, et ita eius organa construxit, ut singula in totius conseruationem mirifice conspirent; quoties itaque organorum omnium actiones in totius conseruationem tamquam in unum finem consentiant, et finis a Deo intentus attingitur, et vita hominis huic fini conformis perfecta dicitur.

128. Sic actiones omnes oculi ad perfectionem tendunt, cum ipsis figura, pelluciditas, mobilitas, proportio ea sunt, ut obiecta possint in retina sui imaginem, quantum fieri potest, amplam, nitidamque et claram depingere, palpebrae iniurias externas arcere, singula fluida solidaque nutritri et a putredine immunia seruari.

129. Si pupilla solito magis dilatetur, campus visionis eiusque lux maiores sunt, sed visio interdiu confusa evadit; si solito minus constringatur, campus visionis minor, lux minor est, sed in magna luce visio est distinctior; datur autem certa pupillae apertura omnium utilissima, ex qua producuntur

ex distinctione, claritate et amplitudine visus est omnium maximum, atque ea augetur in tenebris, decrescit in luce meridianâ, atque mirifice aptatur ad diuersas obiectorum distan-
tias; ea dispositio visum quidem limitatum facit, sed intra da-
tos limites perfectum: adeoque perfectio humanae machinae
confistere potest intra certos limites, vt perfectum est micro-
scopium, etiam si remota obiecta non attingat, modo finem,
ob quem ab auctore suo constructum est, attingat.

130. Homo gaudet viribus limitatis, seu non nisi datum
virium gradum obtinet, cinq̄ue actiones vitales et animales
sunt finitae; errant itaque illi, qui sanitatem ex actionum vi-
gore aestimant (sed relativum volunt), cum insecta minimis
viribus praedita aequa fana et perfecta sint, ac boues et ele-
phantes multo maiori vigore praediti.

131. Sanitas, historice considerata, est concursus phaenos
menorum, quae vitam et structuram perfectam designant. Ga-
tenus, qui sanitatis nomine intelligebat functionum exercitium
laetum, constans et facile, perfectionem reponebat in quatuor
conditionibus, scilicet *sanitate, integritate, robore et formâ*
seu pulchritudine.

132. Ad sanitatem concurrunt perfecta partium omnium
combinatio, quae si sit partium sensibilium, *structura* dicitur;
si insensibilium, vocatur in solidis *textus*, in fluidis *coagula* vel
mixta. Structura perfecta est, cum adest totius corporis de-
bita integritas et forma, seu concinna proportio, decens fir-
mitas et connexio, qualis ad functionum perennitatem et to-
tius conseruationem requiritur.

133. Verum illa machina fana non est, nisi viuat, nisi
motore interno donetur; nulla enim machina agit sine motore,
et vita eius perfecta est complexus actionum temporis, aetati
et sexui conuenientium, in totius longaeuitatem conspiran-
tium.

Quae concurrunt, illa vel inuicem coexistunt, vel sibi
mutuo succedunt, adeoque datur ratio illius concursus, seu
vnum dependet ab altero, vel cum altero connectitur: cog-
nitio vero sanitatis philosophica ea est, quae rationem suffici-
entem reddit huius mutuae connexionis: haec vero ratio captu-

vel inuentu difficultis est, vt probat circa eam medicorum diffensus.

134. Essentia scilicet sanitatis est poros inter et fluida proportio iuxta *Aclepiadem*; qualitatum primarum iusta temperies ex *Galen*o; expeditus et aequabilis sanguinis circuitus ex *Pitcarnio*: aequabilis liquidorum fermentatio ex *Willisio*; vel expeditus humorum placide feruescentium circuitus cum idoneo fibrarum tono, teste *Burette*: solidorum et fluidorum aequilibrium, docente *Hecqueto*: nos vero, machinam omnem bene se habere atque decenter agere, putamus, cum quoad crasis fluida, solidaque quoad structuram, ad finem machinae, cum ipso motore concurrunt, ita, vt quam maximas vires servet motor, et quam minimas impendat.

135. Sic cor bene se habet, cum talis est eius textus, vt flecli, contrahiique se patiatur, et ita fabrefactum est, vt sanguinem accipiat alternatim, et dimittat eā vi, quae ad circulationem per omnia vasa sufficit, ita, vt non torpeat motor et motus, vt in syncope, lipothymia; nec de viribus suis ultra, quam par est impendat, vt in syncope et febre: sic enim et actiones, quibus a Deo illa machina destinatur, facile et constanter perfici possunt, et propter illam virium parcimoniam longaeuitas seu perennitas virium conseruatur.

136. Mutatio, quae statum corporis et animae simul perfectiore reddit, *Iana* dicitur, atque si conspicua sit vel sensibus possit percipi, ea *phaenomenum sanitatis* vocatur; illa vero phaenomena duplicis sunt generis, vel enim ea consistunt in motu sensibili per visum, tactum, auditum, et *functiones* vocantur, vt loquela, respiratio, contractio muscularis, incessus, deiection, miscio, expusio, cet. *: vel consistunt in sensibili partium dispositione, sed sine motu partium corporis sensibilium manifesto, et ea *qualitates* dici consueuerunt a medicis, vt figura, color, fitus, magnitudo, cet.

* Facultates hominis aliae corporibus animalis propriae, et *animales* dicuntur, vt facultas cognoscendi, appetendi, mouendi, respirandi, et pulsandi in corde et arteriis. Quarum aliae vitales dicuntur, vt respiratio et pulsus; ce-

terae animales vulgo vocantur, quia ab animâ pendere solae putantur; facultates vero ipsis vegetabilibus communes, quae *vegetabiles* possent nuncupari, sunt facultas crescendi, nutriti, digerendi, separandi, et generandi.

137. Mutatio, quae hominis statum minus perfectum facit, vel ostendit, *morbosa* dicitur, eaque si sit conspicua, *symptoma* vel phænomenum morbosum nuncupatur: symptomatum vero duplex est genus, scilicet in *functione*, vt raucedo, claudicatio, palpitatio, pulsatio frequens, eiecio frequens, sudor immodicus, cet.; et in *qualitate*, vt flauedo in auri-
gine, asperitas in scabie, odor in ozaena, tumor in ascite, rubedo in fecibus.

138. Fluidi solidiue, prius in corpore contenti, exitus, seu emissio, extra corpus vocatur in genere *excretio*, vel euacuatio, sed ex definitione allatâ euacuatio est motus partium corporis conspicuus, ergo functionibus est accensenda; vnde alia est functio in motu solidorum conspicuo, qualis in ambulatione, loquela, cet.: alia in motu fluidorum extra corpus, vt in mictione, expunctione. Vnde sequitur diuisio symptomatum ab antiquis in *functione*, in *excretione*, et in *qualitate*, vitiatis.

139. Morbi omnes hominis statum imperfectiorem faciunt quamdiu vigent, quod enumeratione patebit; morbi autem omnes * reducuntur ad febrem, inflammationem, convulsionem, paralyсин, anhelationem, dolorem, vesaniam, euacuationem et cachexiam: ostendendum est in illis vel struduram, vel crasin, vel motoris vires non in longaeuitatem consentire eo modo, quo in statu perfecto.

140. In febre vel fluida solito viscidiora canales suos infarciunt, vel acriora eos stimulant, vnde vires vitales ad ea discutienda vel corrigenda euhuntur, absuntur maiori proportione, quam ut possint pari passu resarciri; variat itaque illa optima virium impensa, (134) quae parcimoniam longaeuitati prospicit, dum nulla impendent sanitati pericula.

141. Morbi inflammatorii virium vitalium dispendio, eoque magno fiunt, vt febres, adeoque de longaeuitate hominis detrahunt: sed praeterea doloris et debilitatis cauffa ho-

* [Cum grano salis haec intelligat tiro: etenim ne aegritudines, aut, si manus, passiones quidem, ne dixerim, morbi, enumeratis generibus contineri poterunt, neque ab ipso A. fiunt ad haec genera re-
ducta, licet incongrue aut gratis factum esset, -- Mittio, quod non omnes aegritudines dici possint, statum imperfectiorem facere, siquidem salutares aliquae existant, vomitus, febris, exemplo.]

minem a functionibus consuetis auertunt, et suppuratione, in quam vergunt, integrati machinae nocent.

142. Conuulsi morbi sunt quoad neruos idem, quod febriles quoad vaſa fanguifera; maximo virium animalium difpendio flunt; unde summa sequitur debilitas et functionum sanitatis feratio.

143. In paralyticis nerui, qui ad eum finem sunt fabrificati, vt animam moneant de obiectorum noxiiorum et utilium praesentiā, iam impressionibus eorum transmittendis sunt impares; ergo ad totius conseruationem et cautelam non concidunt.

144. In dolorificis vires absuntur, vt in inflammatoriis; atque anima dolore detenta ceteris functionibus exsuffquendis impar est, atque integritas neruorum labefactatur.

145. In vefanis anima, cuius finis praecipius est, verum dignoscere et bonum appetere, nec vero cognoscendo, nec hono ſeſtando apta est; neque etiam fini propiori, ſeu sanitatis tutelae pars eius nobilior, ſcilicet intellectus, inuigilat, dum ideis absurdis et appetitibus depravatis transuerſim rapitur.

146. In euacuatoriis morbis, vel continua excretionibus functiones principes turbantur, vel immodicis effluxibus vires exhauiuntur; adeoque diuerſo, ac in sanitate, modo distribuuntur in longaeuitatis detrimentum.

147. In cachecticis demum forma, color, ceteraque apparentiae a ſtatu ſano tantum diſcrepan, quantum interna ſolidorum textura, ſtructura, fluidorumque crasis; ſed cum a perfecto ſtatu non poſſunt machinae diſcedere, quin in pioorem ruant, euidens eſt, in his morbis ſtructuram et crasis non eamdem eſſe, quae eſt ad longaeuitatem neceſſaria, utpote perfectissima (124).

148. Hinc concludere licet, a morbis omnibus ſtatum hominis imperfectionem fieri, quamdiu viget morbus, adeoque morbos omnes malis physicis eſſe annumerandos. *Malum* enim id eſt, quod nos ſtatumque noſtrum reddit imperfectiones.

149. Quoniam vero malum, ratione cuius ab infortunio grauiori liberamur, in eo ſtatum bonum eſt reſpeſtuum: ſi dan- tur conatus naturae, quorum ope a cauſis morbitiſis, aut peiores morbos inducituris libereſtūr, illi conatus ſalutares di-

cuntur, quod in homine locum obtinere quotidiana docet obseruatio: verum illi conatus sunt mutationes morbosae (137), adeoque morbi; dantur itaque morbi salutares, qui scilicet a morbis multo p̄eioribus nos immunes feruant, quique proinde, licet in se sint *malum absolutum*, cum a malo grauiori nos liberent, pro *bono respectivo* possint haberit; sic vomitus spontaneus vel arte excitatus, qui crapulofum ab apoplexiā ingruente excitat, morbus est salutaris: diarrhoea, quae febrem grauem auertit, vtilis et bona censetur; febris intermit- tens, quae epilepsiam tollit, pari titulo laudatur.

150. Nulla in corpore mutatio fieri vel concipi potest, nisi per motum ^a; sed omne symptoma mutatio est (137), adeoque sit per motum vel internum, vel externum; mutatio statū, cuius ratio sufficiens continetur in subiecto, cuius statū mutatur, vocatur *actio* (*Ontol.* 713.), sed ratio sufficiens symptomatum fere omnium continetur in ipso homine, ut attendentī patebit, ergo omne fere symptoma debetur actioni partium, hominem constituentium. Excipiendae sunt lae- fiones evidentes a caussis externis, ut vulnera, contusiones, fracturae, quae non morbis, sed affectibus, seu vitiis, accen- tentur.

151. Actio omnis est effectus virium immediatus, seu sine vi nulla datur actio, et positā vi ponitur actio, nisi detur resistentia ipsi aequalis (*Ontolog.* 728.); cum autem mutationes morbosae plurimae fiant a partium hominis actione, dantur in homine vires, quae ipsius statū mutare, atque symptomata inducere possunt; morbi autem, si ex horum numero affectus excludamus, omnes a viribus humanis pen- dent. [Quod si essent, tot actiones, quot vires in corpore sunt, perpetuo una alteram consopiret, ut ne tum quidem de viribus cognitio innoteferet. Sed possibilitas ad agendum ingruit, facultas, posita vi, ut actiones per vim succedant, opus est alio principio.]

152. Omne ens, quod potest vires exferere seu agere, po- tentia activa vocatur seu facultas (*Ontol.* 716.); verum in ho-

^a [Quasi Galenum audires. Sed doctrinae animi imperii in corpus exceptiones quantae quotque: me- ministris irritabilitatis, Stabilianae rel.]

mine partes tum fluidae, tum solidae, tum substantia incorporea seu anima, vires exserunt, agunt in se mutuo, in qua actione mutuâ vitale consistit commercium; adeoque mutationes morboſae corporis et animae potentias adiuius, seu facultatibus, sunt ut plurimum tribuendae.

153. Hoc vltterius patebit, si ad classes morborum recensitas attendamus, ut febres, inflammationes, cet.: licet enim illis occasionem praebant corporum externorum, ut applicatorum et ingestorum, actiones, ipsis tamen morbi numquam exoriuntur, nisi vires ipsius hominis exserantur, et fiant mutationes in corpore a fluidorum, solidorum, aut ipsius principii vitalis et sentientis viribus.

154. In cadauere vigent facultates vegetabilibus et machinis hydraulicis communes, ut grauitas, attractio, elasticitas, et quae ex his forte pendent, putrefactiuſ et fermentatiuſ motus, dissolutio, relaxatio, condensatio, pilorum, unguium vegetatio, fluidorum lapsus, et pressio versus imas partes, colorum, odorum, firmitatis mutatio, adeoque symptomata in qualitatibus mutatis, et pauca in excretionibus, quia paucae excretiones fiunt independenter a sensu et motu musculari; nullae vero fiunt in cadauere mutationes quae pendent a perceptione, appetitu, motu musculari, motu pulsuſ et circulationis ac respirationis; functiones enim illae animae praefentiam, et actionem requirunt, adeoque omnes mutationes, quae sponte fiunt in homine, a facultatibus tum corporis, tum animae, pendent, priores vegetabilibus communes sunt, posteriores animalibus propriae.

155. *Principium* est, quod continet in se rationem sufficientem, cur alterum possit existere, seu est, ex quo alterius possibilitas intelligitur. Pathologi, qui sermonem ambiguum parum curant, illud *causae remota* nomine insigniunt, licet causa a principio multum discrepet, hinc inextricabilis in arte medica oritur confusio: „causa, ait celeberr. Aſtrucius, illud est, quod morbum producit, et hanc solam *causae nomine* insigniandam esse facile censeremus, si viſus permittere ret; „pace tanti viri dixerim, abusum non esse vſum, et hominis esse, ut rationi potius, quam vſui irrationali obsecundet: ipſe vero fatetur, multum difficultatis esse in tradenda

definitione *causae*, quia etiamnum, vsu ita volente, solent, sub communi nomine, confundi tum *causae efficientes*, quae morbum re verâ faciunt, tum *causae*, seu vt melius dicamus, *conditiones sine quibus*, quae praesentes quidem morbum non producunt, sed absentes, ne produceretur, impedirent.

156. Principia sunt tum *conditiones*, tum *occasiones*, tum *circumstantiae*, nec non *materia*, *instrumentum*, *finis*, et *prophasis*.

Sic quoniam posito sanguinis grumo, arteriolam, vel *venulam*, obturante, ex eo non intelligitur, actu vas illud dilatari, atque proinde tumere, grumus ille non est *causa tumoris*, sed intelligitur tamen, non repugnare, quominus dilatetur vas; est ergo principium tumoris, illudque *materiale*, quia tumoris partem constituit: quoniam vero vas intumescit pars organica, cum in tumoris compositionem ingrediatur, illud est *principium organicum*, *sedes et instrumentum tumoris*.

Si illius grumi haerentia, quae per se tumorem non facit, ad illius productionem sit necessaria, vt multi putant, ex eo dicitur *conditio* seu *principium*, sine quo non fieret tumor: si quod principium ad tumorem non sit necessarium, vt vas *angustia*, illud tumoris *occaſio* dicitur, quatenus huic ansam praebet, si *causa* accesserit. Si vero nec necessarium sit, nec *utile*, sed *praesens*, vt rubedo sanguinis eiusue acrimonia, illud principium *circumstantia* tantum dicitur. Illud, propter quod agens quidpiam exsequitur, *finis* dicitur: sic si ideo excitetur tumor, vt materies venenata e sanguine secedat, illa depuratio sanguinis *causa finalis* ab aliis dicta, *finis* est tumoris seu scopus a principio agente intentus. Si tumoris *occaſio* sit vasorum laxitas, vel inspissatio sanguinis a cacoxyliâ, quia haec mere passus se habent in tumoris productione, et *praeuiae* sunt dispositiones in corpore, tunc principia proēgumenâ vel *praedispositiones* vocantur, vt *plethora*, *spissitudo*, *intemperies*, *acrimonia*, *cet.* Si vero tumoris *occaſio* sit actua, vt *impetus*, *nitus*, *pressio sanguinis*, etiamfi ad effectum per se insufficiens, vel animi excandescētia, *vociferatio*, *cursus*, qui *impetum*, *nitus*que illum producat, ea *procatasticū*

principium vel excitans dicitur, Graecis *prophais*, quoties est eidens et externum.

157. *Causa* dicitur illud, ex quo intelligitur alterius actualis existentia, unde discrepat a *principio*, ex quo non actualitas, sed tantum possibilis intelligitur. Illud est possibile, quod contradictionem nullam inuoluit, sed ideo non existit, quod potest existere; posito principio non necessario ponitur eius *sequela*, scholasticis *principiatum*; verum positâ causâ, necessario ponitur eius *effectus*, etiam si nihil aliud ponatur, et effectus hac solâ ablatâ tollitur. Causa etenim, eatenus est causa, quatenus effectum, seu alterum quid ab ipsâ diuersum producit, ita ut effectum sine causâ, ut causam sine effectu suo, dari contradictionem sit. Quod actu existit, id possibile est, sed ex causâ intelligitur actualitas; ergo a fortiori possibilis alterius, atque proinde causa est species principii: exemplo definitiones elucidabuntur.

158. *Potentia*, quâ vasa humanae machinae resistunt suae elongationi, aut nituntur ad se decurtandum, vocatur *contracibilitas*; ut potentia, quâ resistunt suae ruptioni, seu nituntur in cohaesionem, *tenacitas* nuncupatur.

159. Pressio fluidorum, quae agit perpendiculariter in vasorum parietes, vocatur *pressio lateralis*.

160. Vis, quâ columna fluidi in basin antecedentis agit iuxta vasis axin, vocatur *vis progressiva*, vel pressio secundum axin.

161. Causa tumoris in genere est excessus pressionis lateralis supra vasos aut vasorum contracibilitatem. Demonstratio: Vasa etenus possunt intumescere, quatenus a fluidis contentis distenduntur; sed non possunt distendi, nisi a pressione laterali; omnis enim actio fluidorum perpendicularis est superficie compressae, atque etenus resistunt vasa in statu fano fluidorum pressioni, quatenus in sui decurrationem nituntur fibrae tum longitudinales, tum orbiculares, seu pressio fluidi lateralis aequilibratur a vasis contracibilitate; cum itaque pressionis lateralis energia maior est vi contracibilitatis, necessum est, ut vasis fibrae longiores euadant, et cum pressio illis perpendicularis sit, adeoque directio transeat per axin vasos, necessum est, ut fibrae illae ab axi recedant; sed si fibrae, adeo-

que parietes ab axi vasis recedant, vas intumescit; ergo dato excessu pressionis lateralis supra vasis contractilitatem, vas illud intumescere necessarium est; quod erat probandum.

162. Hinc sequitur, vt vas intumescat, data eadem eius contractilitate, si vis lateralis fluidi solito maior eva- dat.

163. Sequitur iterum, vt data eadem pressione laterali vas diducatur, si contractilitas eius minuatur.

164. Sequitur etiam, vt tumoris magnitudo sit in ra- tione, composita ex directa pressionis lateralis et inversa con- tractilitatis.

165. Nec non liquet, cessante contractilitate vasis, vt sit a ruptione eius, aut, quod inde sequitur, cessante pressione laterali fluidorum, nullum tumorem fieri posse a fluidis: adeo- que limites in magnitudine tumoris esse eosdem, ac limites contractilitatis vasis, ac limites pressionis a fluidis inductae.

166. Pressio viua, seu collusio illata, vasis, quolibet pulsu cordis, eadem est, ac quae in basin columnae fluidi anteceden- tis infertur; sed ea est, vt quadratum velocitatis respecti- uae columnarum, scilicet antecedentis et subsequentis: adeo- que intensitas tumoris, si vasis contractilitas sit eadem, est huic quadrato velocitatis respectiuae proportionalis.

167. Pressio, quam fluidum exercet in vasis parietes, est semper vt vis emboli cordis illud promouentis et urgentis; verum ea est mensura maxima velocitatis, quam sanguis in dato vase potest concipere; est enim ea vis, vt illius veloci- tatis quadratum, ex hydrodynamicis, adeoque data retardatione sanguinis antecedentis, illa vis est mensura pressionis la- teralis, quae tumorem suo excessu inducit.

168. Hinc sequitur, vt tumor tunc sit maximus, sub eadem vasis contractilitate, cum sanguis vi totali cordis pre- met vasis parietes, quod accidit, cum vas est omnino obstru- cum, et in hoc casu tumoris magnitudo pro viribus cordis augeatur et minuatur, quod in variolis accidit; pustulae enim decrecente vitali pressione recedunt.

169. Hinc sequitur etiam, vt tumor, data eadem vi cordis, sit maior in venis, quam in arteriis, quia (*ex Haemostatico p. 251.*) venis obstruclis pressio lateralis est maxima,

et contractilitas vasis minor; vnde maior excessus, cui debetur tumor.

170. Effectus integri suis caussis proportione respondent,
Wolf. Mechan. 24.

171. En alterum criterium, quo caussa cognoscitur et a principio distinguitur, vt exemplis iam allatis liquet; cum enim excessus pressionis lateralis supra contractilitatem vasis sit caussa tumoris, qua proportione crescit ille excessus (162-169) vel decrescit, ea crescit, vel decrescit tumor.

172. Sic vase transuersim secto, quoniam sanguis antecedens et effluens non resistit subsequenti, adeoque pari profus velocitate fluit, nulla est velocitatum differentia, seu nulla velocitas respectiva, nec proinde pressio tum, lateralis tum iuxta axin vasis (166), vt patet ex *Haemastatique pag. 247. n. 100.*, illico vasis tumor euanescit.

173. Ligata venâ, maior fit tumor, quam ligata eiusdem diametri arteriâ, quia, cum in statu sano contractilitas venae minor sit, quam arteriae, et tamen in vitroque casu pressio lateralis eadem sit (168), excessus pressionis lateralis supra contractilitatem major futurus est.

174. Ab aequalibus caussis, iisdem positis circumstantiis, idem semper producitur effectus; *Hamberger. Phys. n°. 18.*

In scholis, defectu definitionum accuratarum vulgo statuitur, vnius rei plures posse dari caussas: quia caussae nomine non caussam integrum, sed partem caussae in effectu integro composito, vel tantum occasionem aut subiectum caussae, aut demum quoddam principium intelligunt, verbo caussam quodam modo cum non caussâ confundunt, secus vnius effectus eadem semper est caussa proxima efficiens, *Id. ibid.*

175. Qui pro caussâ tumoris haerentiam sanguinis in vase reponunt, illi pro caussâ principium (168) tantum assignant, quo semel errore imbuti facile existimabunt eundem effectum induci posse tum ab illâ haerentia, tum a pressione laterali, tum a contractilitatis decremento, tum ab aliis diuerfis, vt putant, caussis; nec mirum, omnes ideas confundi, cum nomina confunduntur (95).

176. Ut suam regulam tueantur illi philosophi, regerunt hatum a sole indurari, a quo cera liquefit, adeoque vnius

causae effectus diuersos esse pronunciant. Verum sol est quidem principium, non vero causa, lumen indurans; nam nisi accederet humidi exhalatio et terrearum molecularum maior, seu latior, contactus, lumen non obdureceret, dato eodem sole; cerae vero moleculae non exhalant humidum, sed fluido lucis circumvolutae, velut atmosphaerā tenuissimā, se non, nisi per exilia, raraque puncta, contingunt, unde fluxilis evadit cera: confusis vocabulis, omnia confundi, necessum est.

177. Nulla est scientia, in quā saepius errant artifices, quam in arte medicā, in quā tamen error sit damnosior, si theologiam excipias; atque fons errorum praecipuus est, quod non causam pro causa habeant; *post hoc, ergo propter hoc,* nullum peius, et tamen frequentius, ratiocinium.

178. Ut unum alterius causam dicatur, non sufficit, ut uno posito sequatur alterum, et ea ablato tollatur; sed requiritur, ut etiam ex uno intelligi possit alterius actualis existentia, atque ut illius causae intensitati proportione respondeat effectus quantitas; et quoniam omnis effectus est mutatio, quae fine vi mutante perfici non potest (150), necessum est, ut quod pro causa habetur, vim habeat sufficientem ad effectum ipsi adscriptum; secus ex uno non intelligeretur alterum, quod exemplis patebit.

179. In nauigio si quis videat, tensis velis, nauigium prōgredi, his laxatis quiescere, nequaquam tamen velorum tensionem pro causa motū nauis poterit referre, cum illa tensio per se nauī motum non possit impetrare: datis hirundinibus datur arborum multarum vegetabus, his auolantibus cessat; ast quoniam ex hirundinibus non datur intelligendum, quid succum intra fistulas arboreas trudit, illae vegetationes non sunt causa. Mirum est, omnes fere morborum, quae circumferruntur, causas, non mībus illis esse ridiculas. Sanguinis haerentia in vasis per se motū subsequentis quidem retardat, ergo multum abeat, quin acceleret, ut in febre accidit; interea illa haerentia pro causa febris venditatur, ut et pro causa tumoris: item et pressio, cerebro illata, pro causa conuulsione, quia scilicet principia cum causa confunduntur. Sic astrologie eventuum causam in siderum aspectu seu situ respectivo reponunt, quasi in illo situ quedam noua vis consideret.

E

180. Nihil, quatenus est cauſa, ſenſibus cognosci potest, Hamberger. phys. praefat. 35., nec proinde, quatenus eſt alterius effectus: etenim vnum ex altero intelligere, non eſt ſimplis perceptionis, adeoque ſenſus operatio, ſed intellectus nam illatione ſeu ratiocinio opus eſt, vt vnum ex alio concludamus; verum cauſa eſt illud, ex quo alterius actualitas intelligitur, ſeu infertur; ergo nihil, quatenus eſt cauſa, ſenſibus percipitur. Experientia vero eſt cognitionis horum, quae ex ſola attentione ad perceptions noſtras patent (Wolf. Log. 664); ergo nullam cauſam, nullumque effectum, quā tales, vila vel obſeruatio, vel experientia demonstrat, contra quam pronuntiant ſcholastici.

181. Prognosis eſt futurorum praefagium, nitens cognitione cauſae, et vnius certitudo ab alterius certitudine pendet.

Ideo quidpiam euentūrum eſſe, tuto praefagimus, quia illud cognoscimus dari, ex quo intelligitur alterius praefencia, ſeu quia alterius actualitas cum eo neceſſario connectitura ſed poſtā cauſā neceſſario ponitur effectus, adeoque quanto certius nouimus, illam poſitum iri cauſam, tanto certius effectum praefagimus; verum dato principio datur tantum poſſibilitas euentū, adeoque non repugnat, eo poſito principio, euentum non ſubſecuturum, adeoque euentum quidem coniectare poſsumus, certo praefagire non poſsumus. Quanto interuallo diſtat certitudo a coniecturā, tanto etiam utilitas cognitionis cauſae et cognitionis principii. Cum nauis progrediatur excessu vi venti et fluxū aquarum ſupra reſiſtentias inertiae nauis, et viſcoſitatis aquae, ſi illum excessum accurate nouerim, certo dimetiar nauis velocitatem, eanque praefagire et determinare licebit, quia datā cauſā imposſibile eſt, quin effectus sequatur; ita cognitione cauſā morbi vel datae symptomatum congerieci, tuto praefagit illa congeries.

182. Diagnofis morborum ex symptomatum cognitione dependet; verum definitio eſt enumeratio symptomatum, nec plurimum, nec pauciorum, quam quac ad genus cognoscendum et ab alijs dignoscendum ſufficiunt (74), ergo diagnofis morborum ex bona definitione pendet.

183. Si symptomata ita cognoscantur connexa cum altero, ut illorum actualitas ex hoc altero intelligatur, inde cognoscimus, ea esse alterius effectus, seu illud alterum eorum esse caussam; ac proinde accurata symptomatum cognitio, eorumque cum caussis connexionis notitia totam implet diagnostin et prognosin. [Non has modo, verum omnem pathologiam, nosologiam, therapiam. Poteris sic aegritudinum rationem dare, ut symptomata, quae morbum solum pro caussa agnoscant, si eum stricte dictum, *epigenemata*, si et morbum et caussam eius proximam, *passiones*, si caussam, inde proximam dictam, *morbum*, quae vero aut aliis morbi caussis, ut diathesi, aut prophesi, aut passionibus, debentur, *symptomata stricte dicta*, appelles. In harum ratione eruenda totum medici negotium fere continetur, eo certe felicioris in praxi, quo magis adaequate et facile hanc eruere potest. Si fatendum, quod res est, A. non satis sibi prospexit, ne classificatione sua, aut denominatione, tirones magis abduceret a tramite hoc, quam adduceret. Studebo, ut hunc defectum suppleam, corrigam: alias ad proprium aegritudinum systema lectionem remitto, quo distributione aegritudinum in nosologiam, pathologiam, et symptomatologiam, hoc vitium cauere studui.]

184. *Signum* est, quo alterius praesentia, vel aduentus, vel praeteritio, colligitur (*Ontolog.* 952.), sed symptomata ita connectuntur cum caussis, ut his positis caussae ponantur, vel sequantur; ergo symptomata sunt signa caussarum praesentium vel antecedentium: morbi vero sunt symptomatum connexorum concursus; ergo cum ex symptomatis eorum concursus et connexio intelligantur, symptomata sunt morborum signa, eaque certa.

185. Principiis positis, morbus est possibilis; ergo *principia* sunt signa probabilita morborum, eaque plus, vel minus dubia, prout pauciores sunt, vel plures, casus aeque possibles, in quibus, datis his principiis, detur talis morbus.

186. Si iacentur duae simul tesserae, quoniam sunt 36 modi diversi aeque possibles, quibus tesserae illae puncta sua exhibeant, facta iactu probabilitas, datum punctum apparitum esse, est ad certitudinem ut 1 ad 35. Si datum punctum,

vt 7, sex modis aequa facilibus exhiberi possit, probabilitas est sexta pars certitudinis.

187. *Verisimilitudo* est probabilitas, quae se habet ad certitudinem in maiori ratione quam 1 ad 2. Sic quoniam plus quam octodecim sunt casus, in quibus iactis duabus tesseris possunt exhiberi numerus 7, vel 6, vel 8, vel 4, sunt enim illi casus 20 possibles, iactis illis tesseris, verosimile est fore, ut alteruter ex his numeris punctorum contingat.

188. *Incertitudo* est probabilitas, minor dimidiā certitudine; sic quoniam ex 36 casibus possibilibus numerus 7 potest tantum sex modis contingere, non verosimile est, sed incertum, vtrum numerus septem primo iactu contingat.

189. *Dubium* est probabilitas, quae dimidiam certitudinem adaequat; sic si octodecim sint casus ex 36 possibilibus, qui euēnūi faueant, ille euentus dubius est; sic, si in morbo euentus quidam ex concurso fortuito totidem principiorum possit accidere, ac euentus contrarius, vter accidat, dubium est.

190. *Possibilitas* est primus et minimus gradus probabilitatis et cum ignorantia confunditur; vide s^r Grave/ande Log.

191. Quo certius cognoscitur morbi caufa, eo prognosis eius certior, seu eo verisimilitudo euentus magis ad certitudinem accedit; quo plura morbi principia cognoscuntur, eo probabilitas ad verisimilitudinem magis accedit, seu eo prognosis est verisimilior.

192. *Periculum* est status, in quo sunt casus possibles, quibus malus euentus contingat; sic periculum mortis est in morbo, quo ceteris paribus tot sunt, qui fato cedunt, quot conualescunt; hoc vocatur *periculum simplex*. Si casus aequa possibiles conualecentiae sint plures, quam mortis, *periculum minus*: si vero pauciores *maius* dicitur; et in hoc casu morbus *letalis* pronunciatur; quia aegrum moriturum, est verosimile, in altero vero *incertum*.

193. Quo fundamentum probabilitatis minus est, eo minor est probabilitas, et contra; probabilitas, quae ex principio notitia deducitur, eo minor est, quo minus verosimile est, hoc principium in dato morbo concursurum esse.

194. Si quantitas effectus viribus causis proportionata demonstretur, cognitio philosophica a mathematica omnimodam haurit certitudinem (*Wolf. disc. pref. 27*). Sic si demonstretur aneurysmatis incrementum proportione respondere, in dato casu, vi trusua cordis, seu altitudini, ad quam sanguis intra tubum verticalem aortae insertum potest ascendere, modo non variet eius arteriae contractilitas; aut eadem data vi cordis trusua, eius aneurysmatis incrementum respondere ducilitati arteriae, ea cognitio mathematica omnimodam certitudinem impertit philosophicae, atque utilitatem.

195. Inde enim sequitur experimenta aetiologyae responsura esse; sic experimento sequenti aetiologya potest comprobari. Sumatur vesica suilla, et humana eiusdem capacitatis, deinde appensis iisdem ponderibus inueniatur, vtra ex illis dato tempore duclilior sit, seu magis extendi se patiatur; quo facto si utriusque aptetur tubus verticalis ad orificium, et aqua ad eamdem altitudinem assundatur, docet experientia, tumorem singularum fore in ratione ducilitatum, seu inuersa contractilitatum; et si deinceps diuersa sit aquae in tubis altitudo, tumoris quantitas ceteris paribus erit, ut aquae prementis altitudo; sed aduertendum est, temporis exhibiti rationem habendam esse, quia quae vesica diutius distenditur, ea paulo ducilior euadit, atque successu temporis, magis intumescit.

196. Effectus simplex is est, in quo unica mutatio consideratur, ut in tumore generico; compositus, in quo plures, ut in tumore rubro, dolorifico, pulsatili, duro, cet.

197. Causa phaenomeni simplicis debet seorsim considerari ante, quam ad causam phaenomenorum concurrentium simul deueniamus, sine qua cautela plures errores in medicina admittuntur; ideo tumor pulsat, quia per interualla sensibilia pressio lateralis superat contractilitatem vasorum, aut partis tumidae; ideo rubet, quia radios rubros reflectit pars, maximam vero ceterorum partem absorbet, demonstrante *Newtono*; et ideo rubri radii plures reflectuntur, quia sanguis eiusdem coloris maiorem huius superficie partem tingit, tum quia lymphatica vasa plura subiuit, tum quia sanguifera diffusa sublimiora simul et latiora sunt, nec obstat membranam pelluciditas: ideo dolet, quia fibrac nervae parvibus

vasorum diductorum intertextae distrahuntur: ideo tumor durus est, quia vis sanguinis retropellentis resistit, ne pressione digitii tumor in minus volumen redigatur, adeoque suam figuram mutet, quod, ut deprimi possit, necessarium est.

198. Iam vero cum tumor, his symptomatibus praeditus, dicatur tumor inflammatorius, cum simul calore intenso sitatur, atque cum omnia symptomata intelligentur ex excessu pressionis lateralis alternae, absolute adauiae, supra vasorum contracibilitatem, illum excessum esse tumoris inflammatorii caussam consequitur.

199. Cum autem non idem ex uno intelligat unus, ac alter, prout ille accuratam vel nullam obtinet philosophiae notitiam, quod est dati morbi caussa respectu vnius, non ea est respectu alterius, nec dati morbi caussa absolute datur, nisi quae talis demonstratur; quo pacto demonstretur caussa allata tumoris inflammatorii, vide fusius in *Haemastatique de l'inflammation*.

200. Corpus omne perseverat in statu suo, nisi quatenus a viribus impressis cogitur statum suum mutare ex lege primâ vniuersi (*Newton. Leg. 1.*), cuius legis nulla alia est ratio praeter Dei voluntatem, adeoque illa perseverantia inter effectus naturales non est reponenda.

201. Mutatio motus est proportionalis vi motrici impressae, et fit secundum lineam rectam, quâ vis illa imprimitur (*Newton. leg. 2. ibid.*). Vulnus est partium solidarum animalis, prius continuarum, separatio mechanice facta; fit autem mechanice, cum vires, ipsum vulnus insligentes, agunt ratione molis, figurae, velocitatis et situs, quae in sensu incurrere possunt.

202. Partes continuae ideo cohaerent, quia per plurimas superficies se tangunt; et vis illa cohaesione mensuratur ex pondere, quod ad illas dissociandas requiritur; vis autem cohaesione a minimâ remotione evanescit, quia decrescit in distantiarum ratione duplicata. Vis, quâ fibrae et membranae nituntur in sui decurrationem, seu contracibilitas elastica, est in aequilibrio cum vi cohaesione, usque dum contactus illi minuantur; facta solutione continui, contracibilitas illico labia vulneris separat, et in circularem flexuram diducit, ita, ut in-

Hoc intra cutim gladio, hiatus vulneris multo maior sit gladii effusio. Sanguis vehementer distendens venam, vel arteriam, nimirum ad fibrarum eius separationem, et aliquando fit, ut sie vasa, ut aneurysmata, crepant seu vulnerentur.

203. Causa vulneris est vis, fibras continuas ab inuicem dimouens, maior earum tenacitate, seu cohaesione (158), adeoque cum vis illa dimouens nunc intra, nunc extra corpus sit, ut vidimus, et ea resulget ex vi applicata, ut vi gladii, impetu cruentis, cet., et ex vi infusa partium, seu contractilitatis; quo maior est vis instrumenti simul et contractilitas, sub eadem tenacitate, eo maius vulnus; et sub eadem instrumenti et contractilitatis vi, quo minor est partis cohaesio nativa, eo vulnus maius: hinc sequitur etiam, ut vulnus fieri possit sponte fine aducto nisi sanguinis et fine ictu externo, modo contractilitas augeatur in maiori ratione, quam cohaesio, ut cum frigore rhagades fiant: et si contractilitas simul cum ictus energia atque minimâ cohaesione concurrat, vulnus est in eorum singulorum ratione composita: sequitur etiam, ut impossibile sit vulnus, quamdiu cohaesio partium fortior erit viribus tam impressis, tum infisis ad partes separandas, vnde leuiter distractae partes non vulnerantur; atque sequitur, vulnus fanaticus iri, quoties vel sponte vel arte accedunt ita labia vulneris, et accretione vasculorum omnia interstitiola accurate repletur, ut amissus refaciatur contactus, sive nativa redeat cohaesio atque tenacitas: falsum est itaque, posita causa vulneris, vulnus non ponit, nec ablatam tollit, nisi pro causa vulneris instrumentum, adeoque principium, proponatur.

204. Non minor debet esse cautela in medico, ut causam morbi a non causâ distinguat, quam in iudice, ne criminis testem pro auctore habeat, cum de vita humana in vitroque cau agatur; nec potest haec distinctione institui, nisi accurata causae et principii acquiratur notitia, quae sine distincta et constante definitione comparari non potest. Veram causae ideam non habent illi, qui exemplo vulneris utuntur, ut probent sublatam causâ effectum non tolli, quia nunc instrumentum cum causâ, nunc vulnus cum hiatu labiorum vulneris perseverante confundunt; hiatus vero perseverat ex lege prima Newtoni, et producitur ob virium excessum ex lege secunda,

nec instrumentum ad vulnus sufficit, cum illud ex se sit iners
agat neque, nisi per vires ipsi impressas, nec vulnus infligat, nisi
vis separans sit superior partium tenacitate.

205. *Concursus*, graecis *syndrome*, symptomatum, ini-
cet connexorum, morbus est: sic definitur morbus a veteribus,
teste Clerico (*Histoire de la Médecine*, pag. 345.): *concursus*
vero est symptomatum constanter sibi coëxistentium vel succe-
dientium series; ea vero definitio est ceteris anteponenda, quae
notas ad definitum cognoscendum et ab aliis distinguendum
suppeditat; verum quoniam symptomata eorumque *concurrentes*
in sensu incurruunt, partium vero internarum dispositio sensu late,
melior est definitio a symptomatis, quam a partium
internâ dispositione; praeterea ea definitio est antiquissima, nisi
hippocraticam excipiamus, quae erat *quaecumque molestia in*
cörpore confans et notabilis; atque usui loquendi practicorum
conformis: omnes enim morbi signatim, ut apoplexia, pleu-
ritis, syncope, dysenteria, cet., vulgo per symptomata sua
definiuntur, atque adeo morbus in genere per symptomata
debet definiri.

206. Nullus est tam simplex morbus, cuius sympto-
mata plura non sint; licet enim in definitione unum, aut alterum
tantum, symptoma recensere sufficiat, non minus verum
est, ea simili esse plurima, quod cataractae, vel *amauroses*, ex-
emplo patet; caecus enim non visu solum orbatur, ut ex
eius relatu cognoscitur, sed etiam vel labes est in oculis cons-
picua, ut glaucoma, cataracta, vel pupilla laborat mydriasi
et immobilitate, ut in gutta serena, simulque caeci procedendo
manus ad antecessum porrigit, ne in obvia corpora capite
impingant, et in media luce caelum versus oculos dirigunt,
ita, ut assueti ex incessu, gestu, situ, aliquique notis plurimis
caecos dignoscant. *Colica* simplex videtur morbus, cuius do-
lor est symptomata constans, verum et agrypnia, et faciei distor-
tio, et corporis contratio, et decubitus, et dyspnoea, et
constipatio, et dysuria, et borborygmi, cet., vel alia sympto-
mata, dolorem concomitantur.

207. Quoniam nihil est sine ratione sufficienti, datur ra-
tio, cur certa symptomata simul concurrent seu coëxstant, aut
sibi mutuo succedant, adeoque connectantur; illa vero ratio

est ipsamet connexio organorum, quae in morbis afficiuntur, materieis morbosifcae, quae plures partes simul infestat, facultatum seu earum potentiarum quae ad materiam illam corrigen-dam apt eliminandam sibi mutuo auxilium praebent: datur itaque connexio eadem, quae est inter principia et eventus, caussam et effectum. Causa morbi itaque est illud, ex quo intelligitur actualis symptomatum connexorum concursus; verum symptomata sunt mutationes sensibiles in functionibus, vel in qualitatibus, et mutationes omnes debentur facultatibus tum corporis, tum animae (152), adeoque viribus tum corporeis, tum animatis, de quibus vtpote morborum omnium principiis, agendum est, antequam vterius procedamus.

*De viribus animatis.**

208. *Vis* dicitur, quod in se continet rationem sufficien-tem actualitatis actionis (*Ontolog.* 722.), adeoque est causa, cuius effectus *actio* dicitur; vbi datur vis, ibi datur facultas, quia nulla actio sine agendi potentia seu facultate; est vbi datur facultas, non semper datur actio, quia a potentia ad actum non valet consequentia (152). Facultates hominis aliae sunt ipsis et animalibus aliis propriae, aliae vero vegetabilibus com-munes (154); actiones, quae numquam in plantis obseruantur, et in hominibus sunt, sunt animalibus propriae. In nullâ plantâ obseruantur cognitio, appetitus, nec proinde sensus, nec voluntas, ut cuique notum est, verum et nullus motus mu-scularis, cum musculis careant plantae, seu fasciculis fibrarum, quae decurrentes partes appressas transferant; motus enim mi-mosae muscularares esse nemo demonstrat; nullum proinde cor-dis motum his adscribere licet, cum cor sit musculus, et ipsis nullus sit musculus, nullum proinde cor, nulla vasorum pul-satio; nulla, teste *Hales*, circulatio, nulla, qualis in quadru-pedibus, respiratio; verum hae omnes functiones homini com-petunt, et eas vegetabilium functionibus opponere licet.

209. Perperam a neotericis facultates a foro medico ab-legantur, quasi vero materia subtilis earum vices sola supple-ret, vel ablegantur ex eo quod earum essentia nobis sit ignota;

[* Cf. Cl. A. G. Weber comm. litatis ac irritabilitatis partium mor-de initia ac progressibus doctrinae bolse. Hal. 1783. 8.]

verum ea ratione nomen grauitatis, elasticitatis, quarum essentia nos latet, ablegandum esset, vel ex eo, quod metus est, ne pro rebus mera nomina tradantur; verum vocabula etiam ficta ut x , y , et quantitates ignotas in suis computis ita feliciter adhibent sapientissimi mathematici, ut horum ministerio veritates aliis philosophis inaccessas inueniant; sic mechanici potentias animatas, quarum essentiam non curant, ut operarios, bruta, in praxi adhibent, et in theoria recensent, quem vires et effectus experientia sola cognoscunt.

210. Nos pari iure facultates, homini proprias, sola experientia cognitas, indagabimus, tamquam causas effectuum et principia motarum functionum, easque inflar mechanicorum considerabimus, quin iudicium nostrum de modo, quo anima agat in corpus, Cartesiana, Leibnitiana et Aristotelicae, opinionibus interponamus. Sufficit, ut nobis quotidiana constet experientia, ab anima, tamquam principio, pendere intellectum, appetitum, motum muscularum, motum cordis et respirationem, cum illi motus, praesente anima, dentur, absente seu non agente, euanescant, et diuersimode ea mutata vel affecta mutantur; quae certe ratio mathematicorum principem *Alphonsum Borellum* impulit ad credendum, animam esse principium vitae (de motu animal. pag. 1.), quod fides et SS. Patrum unanimis consensus confirmat (*Pouget Catech. Monsp. P. I. S. 1. ch. 2.*); nec dissentient, quotquot fuere, si Cartesianos paucos excipiatis, philosophi, quotquot a Galeno ad nos exstitero medici, maxime vero *Riverius*, *Dulaurentius*, *Bagliivius*, *Lancisius*, et inter neotericos mathematicos *Cheyneus*, *Porterfield*, cet.

211. Tres sunt praecipuae animae facultates, *cognoscit* enim, *apparet* et *mouet*, quod omnibus vegetabilibus et fossilibus est denegatum.

212. Facultas cognoscendi duplicit est ordinis; inferior brutis communis, superior seu intellectus homini proprius.

213. Inferior continet sensum, imaginationem, memoriam, reminiscentiam.

214. Superior illationem, attentionem, reflexionem, abstractionem, ingenium et rationem, de quibus in morbis vesanis agemus.

215. Facultas appetendi duplex est, superior homini propria, et inferior brutis hominique communis.

216. Superior est inclinatio animae ad obiectum pro ratione boni in eo distincte percepti, seu intellectu, et voluntas dicitur; vel reclinatio animae ab obiecto pro ratione mali in eo distincte percepti, id est intellectu, et noluntas *Wolfio* dicitur.

217. Inferior est inclinatio animae ad obiectum pro ratione boni in eo confuse, id est per sensationem solam, percepti, et ea *cupido*, vel appetitus sensitius vocatur. Vel reclinatio animae ab obiecto pro ratione mali in eo confuse percepti, et auersatio nuncupatur (*Psycholog. empir.* 58r.).

218. Rursus *cupido* et *aversatio* sunt vel debiles, vel vehementes; ultimae vocantur *animi pathemata*; quae in cupidine consistunt, *iucunda*; quae in auersatione, *ingrata* sunt.

219. Facultas mouendi vel locomotiva duplex est; alia *libertas*, quae cum noluntate, aut cum voluntate, determinatur ad agendum; alia *natura*, quae cum cupidine aut auersatione motus exsequitur.

220. Motus a libertate penderet est vel voluntarius, vel inuitus.

221. *Voluntarius* est ille, quem malum exsequi, quam omittere, nec ipse repugnat *natura*, ut ad amicum scribere, amasiam alloqui.

222. *Inuitus* est motus, quem quis facit, dum eum maliter omittere (*Wolf. Philos. I. 501.*), ut inuitus est motus, quo nefarius ferale pegma confundit, quo natura repugnante brachium amputandum chirurgo porrigitur.

223. Motus a natura produktus vel est spontaneus, vel coactus.

224. *Spontaneus* motus est ille, quem *cupido* determinat, voluntate non repugnante, ut cibos iucundos deglutire infusurie.

225. *Coactus* est motus, quem appetimus voluntate repugnante, ut conatus ad egerendas feces in tenebro, scalptus excorians in pruritu; illos motus mallemus non appetere.

226. Motus tum liberi tum naturales pendunt a nobis, et sunt *ad innati*; ceteri vero, quos ab impetu corporum recipimus;

aut a gravitate, sunt *passivi*. Rursus actiui dividuntur in *assuetos* et non *assuetos*.

227. *Inassueti* sunt cum difficultate et attentione, ut dum quis choreas agitare dicit, vel scribendi arte informatur.

228. *Assueti* sunt sine reflexione et cum aliquali leuamine, sive vigilemus, sive etiam dormiamus. Sic musier incogitanter verba deblaterat, ebriosus propositi omnis immemor vinum deglutit, scabiosus dormiendo se scalpit.

229. Motus iterum ratione motu sunt *indifferentes*, seu *arbitrarii*, vel *necessarii* necessitate morali.

230. *Indifferentes* sunt illi, quos vtrum omittamus, vel exsequamur, non multum interest, ut ambulare a dextris, sinistris, vel quiescere.

231. *Necessarii* vero, quos animi pathema determinat, vel consuetudo dicit; verbi gratia, timidi ex bombardae explosione contrahunt necessario; iracundi ex iniuria accepta fremunt, nec cohibere se possunt; nauseosi ingrata medicamina expuunt; ob assuetudinem garruli a loquacitate vix possunt abstinere; pueruli irrequieti vix in loco se continere valent.

232. Motus iterum alii sunt *conspicui* seu *externi*, alii *latentes interni*.

Conspicui, vt manuum, crurum, vix sunt nobis insciis et inuitis, quandiu viget mentis libertas.

Interni et non conspicui, saepius nobis insciis, vt respiratio, deglutitio, salivae, pupillae constrictio ad lucem, oculi directio ad obiecta; imo inuitis, vt motus cordis, stomachi, cet., perficiuntur.

233. Ex his sequitur vt motus simul dudum assueti, summe necessarii et interni sint vel coacti, vel a voluntate, reflexione, vigiliâ independentes, et nobis insciis atque inuitis perficiantur.

234. *Libertas* est facultas agendi consequenter ad voluntatem et voluntatem, seu quae determinatur ab ideis boni vel mali distinctis, et per intellectum perceptis: agit anima, cum ideas retinet, abiicit, reuocat, comparat, et cum motum organis imprimit; ideoque alia est libertas mouendi, alia cogitandi.

235. *Natura* est facultas agendi consequenter ad cupidinem et auersationem, non rationales, sed sensitivas, seu quae determinantur ab ideis boni vel mali confusis, quales per organa sensuum obtinentur; aliis insinclus, cæcus impetus, vocatur.

236. Naturae nomen suminius in significatu apud medios vñstatissimo (98), atque abiicimus alios significatus, quales sunt *essentiae*, vt cum agant de natura auri; *semideitatis* ethnicorum, vt cum aiunt naturam huic mundo præfetes *qualitatis* et *indolis*, vt cum tractant de naturâ sanguinis, puris, vniuersi, vt cum dicitur in rerum naturâ; *orthos* et *nativitatis*, vt cum dicunt quidpiam à naturâ insitum esse; *sanitatis*, vt cum pronuntiant, quidpiam esse naturale, aut iuxta naturam: vide Boyleum de naturâ ipsi.

237. Natura est facultas agendi consequenter ad cupidinem aut auersationem; verum nulla alia potest esse ratio, cur illa facultas cupidinem, aut auersationem, consequatur, nisi quia cupido seu animae inclinatio ad bonum, confuse perceptum, incassum a Deo nobis insita foret, nisi simul praefato esset facultas, obiectum bonum affectura, vel malum ex se repulsura; atque vana foret illa facultas bonum abripiendi, malum fugandi, nisi esset aliqualis huius cognitio, atque distinctio, seu cupido et auersatio; cum itaque illa facultatis cum cupidine connexio summae Dei sapientiae et prouidentiae quadret appri-
me, illius rationem nos attigisse, verosimillimum est.

238. Cum nobis insita sit ineluctabilis ad bonum propensiō, et a malo reclinatio, quatenus tale nobis appareat, motus ad bona seclanda et mala fuganda sunt ineluctabiles, seu necessarii, saltem necessitate morali, quin libertas tollatur; sic etiam si quis libertate, se laqueo suspendendi, polleat, nullus tamen mentis compos id præstat, adeoque motus, qui ad nostræ vitae et felicitatis tutelam utiles sunt, coacti et necessarii videntur, licet nulla eos determinet mechanica, sed tantum moralis, necessitas. Vnde natura definitur a Galeno facultas, producens motus in corpore humano necessarios; et alibi sic ait: „Per nomen naturae vim quamdam intelligere conuenit, „in his ipsis corporibus, quae ab ea reguntur, inhabitantein, „cuius essentia quaenam sit, quaerere, et de nostra anima, aut

„eius principatu, minime necesse est . . . ineruditata natura,
 „quae opus sunt, efficit, ut nictare, tussire, singultire, scal-
 „pere, pandiculari; . . . artus pro lubitu mouemus, sed
 „neque, quis musculus ille sit, nec quo pacto agere possit, mo-
 „uenti animali cognitum est; cum nonnullos musculos, ut
 „popliteum, quidam anatomici peritissimi ante nos ignorau-
 „rint, nihilominus tamen omnes homines ipsius genu articu-
 „lum, simul atque voluerint, inflectunt.“ *Galen. in VII. Epidem.*

239. „Nonnulli quidem, vnam esse animae naturaeque substantiam, arbitrantur, aliqui in spiritu, aliqui in corporis proprietate eas confistere, statuentes. At vtrum corporea, an incorporea, vis a nostro conditore cerebro indita fuerit, et morientibus animalibus recedat, nullam hac de re firmam rationem habeo:“ Sic sentit *Galen. ibid. pag. 803.* Hinc patet, dudum apud medicos cognitam suisse potentiam motricem, quae sanitatis regimen obtinere videbatur, quaeque hoc nomine naturae fuit semper a medicis insignita, et definiebatur „vis corporibus insita, per quam ea reguntur, et facultas, quae animalia, sive voluntatis nutu, sive citra hunc, regit. Galen, lib. 2. de symptom. caussis. Hinc eam Hippocrates sanitatis tutricem et morborum medicatricem appellat.“ Omnes autem omnino medici, *Asclepiade* et *Cartesianis* exceptis, idem fere ad haec usque diem censuerunt; atque huic effato hippocratico, tamquam fundamento, optimam medicinae praxin superadstruendam esse, contendunt *Sydenhamus*, *Stahlius*, et paucis mutatis *Boerhaave* ac *Hoffmannus*: vide *Sydenham, in praefat.*; *Boerhaave in oratione de honore medici, seruitute;* et *Hoffmann. diss. de natura sanitatis tutrice, et morborum medicatrice.*

240. * Etiam si parum ad medicinam spectet, vtrum in anima, vtrum in corpore resideant facultates motrices, veritatis tamen gratia lubet eorum refellere sententiam, qui naturam corpoream tantum admittunt, et animae facultatibus non annumerant. Hanc autem opinionem dudum proposue-

* [Quae iam sequuntur, citra *Sauvagesii* sententia de animi in detrimentum videntur quidem referari potuisse; sed retinui, ut lectori dixeris, innoteferet.]

rat Asclepiades viginti scilicet abhinc seculis, „qui, teste Galeno, in eo omnibus refragatur, non modo medicis, verum etiam reliquis hominibus, quod naturam in morbis quidquam moliri negat; ille nec naturae, nec animae propriam villam substantiam, facultatemue, arbitratur, sed has atomorum quodam congressu fieri: iuxta hunc nulla perceptio animae insita est, sed ex sensu et per sensum, omnia, quae in nobis fieri videntur, facta sunt, imo nullam esse in anima, quae ratiocinetur. facultatem afferit. Prudentia, continentia aliaeque virtutes, iuxta Asclepiadeos, merae nugae sunt, nec diis villa nostris cura est; omnia praeterea fieri necessitate, neque solum prodeesse naturam, verum etiam nocere, contendit, teste *Caelio Aureliano de phrenitide*, et *Galenode naturalib. facultatib. lib. I.*

241. Hanc sectam a veteribus irrisam, teste Galeno, theologiae et psychologiae principiis omnino aduersam, theoriae Hippocraticae oppositam, dudum exoletam, quidam in medium protulere neoterici, animae quidem suam immaterialitatem concedentes, verum eam omnibus suis facultatibus, vna excepta, spoliantes; quasi vero facultas motrix sit minus essentialis animae, quam cognitio, quae tamen pacate dormientibus deesse videtur, teste *Locrio*; vt scilicet *Democritus* divinum numen Athenis pelleret, illud ridiculum fecit, mundi regimine spoliauit, aeterna per otia laetum viuere permisit; ita et Asclepiades, eius sectator impius, vt animam profligaret, eam a ceteris corporibus non differre, nullam facultatem motrice gaudere; naturam, quae ab *Hippocrate* intelligens, sapiens et prouida, nostrae machinae rectrix habebatur, ex animae facultatibus expungendam docuit; omnia ex materie et ex motu explicare voluit; omnia fieri mechanica necessitate et sine motore, adeoque fato omnia gubernari, contendit. Haec est in summa Asclepiadea secta, quae a Cartesiana non multum abhudit, excepta impietate. Sed ad obiectionum solutionem devienamus.

242. Ex eo, quod motus naturales nobis insciis peraganter, non sequitur, vt illi ab anima, tamquam potentia motrice, non fiant. *

* In homine surdo et muto acti- bitamus, licet et eius voluntatis et ones ab eius libertate fieri non du- eius conscientiae nequicquam sinus

243. In homine nihil datur praeter corpus * et animam; si itaque motus muscularis, ut respiratio, a corporeis viribus nequaquam fieri possit, illum ab anima fieri consequens est. A viribus corporis fieri non potest respiratio, si omnis materia resistat motui, et motus semel acceptus continuo in machinis decrescat propter affrictus, et per aliquot minuta aequabilis non possit remanere; verum respirationis motus etiam in dormiente aequabilis est, et paulo major euadit, licet machina pectoris resistat motui, et ratione affrictus multum de impressa vi deperdat: adeoque non a viribus corporeis, ut elasticitate, grauitate, impulsione, perseverat motus respirationis, sed ab anima.

244. Animae inesse facultatem motricem, quilibet ad, se ipsum attendens, percipit, cum ex propriâ nostrâ obseruatione ideam potentiae motricis acquiramus, ex obseruatione vero corporum ideam inertiae primum deriuemus; ita enim essentia est corpori illa inertia, seu inactilitas, ut, quo magis est corpus sive extensum et densum, eo magis resistat motui, et quo machina magis est composita, eo maioribus motoris viribus indigeat, ut moueatur.

245. Saltem motus plures fieri consequenter ad voluntatem, eosque ab animae potentia motrice fieri, nemo hodie inficiatur: ergo motus hominis, qui a machinâ fieri nequeunt, eos ab anima fieri necessum est: [Vtrum omnino nullae, nisi mechanicae animaeque vires, dentur, dubitari debebit: hinc A. ratiocinium displicet.] In homine, aquis immerso et recenter mortuo, vel metu phlebotomiae defuncto, saltem in instanti quod vitam terminat, idem est mechanismus, eadem aeris,

intuitive concii; sufficit, ut videamus eius actiones circumstantias moralibus respondere; (circumstantias morales oppono impressionibus physicis ad has actiones in machinâ humanâ mechanice edendas sufficientibus), vnde concludere possum cum Borello, astum reflexum, quo anima aduertat se vele, (se mouere) non esse necessarium ad hoc ut velit (vel moueat) I. 2. de mot. animal. prof. 80: natura enim agit independenter a volunta-

te et conscientia agentis, ut independenter a voluntate et conscientia alterius aditantis (259).

* [Forte utique dantur, quae male negligis. Dixi connexionem hominis cum universo esse attendendam, quo clima, vim electricam, aërem inspiratum, cum aliis forte magnetismum animalem, rel. referas. Caute etiam utaris exemplo respirationis, quod forte alter explicandum.]

aut fluidi ambientis pressio, eadem in machinā elasticitas, imo forte maior, vt ex rigescientia artuum liquet, eadem fluida adsunt, sola deficit animae actio, adeoque motus naturales, vt respiratio, nequaquam debentur principio corporeo, vel machinae dispositioni, sed animae, quae iuxta scripturam sacram est viuens et motabilis, seu principium vitae et motus.

246. Motus, qui fiunt nobis dormientibus, nobis insciis saepe peraguntur, vt membra transferre, loqui; imo, vt ait Galenus de motu muscul. lib. 2. „neque palpebrarum motus semper aduertis, neque cum concionem habes, aut oras, aut disputas, adhibes mentem omnium partium motibus, neque cum Athenas adis ex Pyraeo, omnibus particularibus crurum actionibus; nam cogitabundi saepius imprudenter peregerunt iter, aut etiam praeterierunt locum, ad quem principio proficisciabantur: vitrum igitur ambulatio, neque animae actio est, neque motu voluntario fit? Aequo enim nos et ambulatio praefens videtur latere, et quae in somnis accidit, motus quidem partium, quae mouentur, actio autem tonica earum, quae non mouentur.“

247. Nec regerat hoc discrimen esse, quod motus voluntarios, etiamsi actu, dum fiunt, non attendamus; attamen eos, cum facti sunt, ab anima pependisse recordemur; verum regerit Galenus „multos homines etiam voluntario actiones quasdam egisse, quarum paulo post penitus sunt oblii; vt qui per metum, aut ebrietatem, aut aliquid aliud generis eiusdem egerunt, nihil amplius eorum, quae egerint, recordantur, ea ratione, quod non intenti actionibus tota mente fuerint, et ob hanc caussam in ira, curis, ebrietate, timore, phrenitide, et omnino in vehementibus pathematis, nullius eorum, quae egerint, in posterum amplius meminerint.“

248. „Perceptiones obscureas, quales sunt in somno, nequaquam stabiles sunt; nihil igitur mirum, si motu voluntario respirationem in somnis agente, postquam experientia facta fuerimus, non possimus dicere, an secundum voluntatem respirauerimus; sed simile profecto accidit, quod illi, qui et pedes et manus in somnis mouerit, et aliquid sit locutus, postea illorum oblitus dicat et membrorum motum et

„ vocem fieri absque voluntate; qui mente errant, seu delirant,
 „ loquuntur et vadunt, et omnes motus voluntarios obeunt;
 „ sed ne hi quidem, cum ad ingenium redierint, amplius me-
 „ minerunt, quid egerint.,, Galen. ibid.

249. „ Quod autem totum opus respirationis voluntate
 „ et sponte ab anima fiat, declarauit seruus barbarus; qui
 „ cum vehementi ira concitatus mortem sibi consciscere decre-
 „ uiisset, prostratus humi, respirationeque cohibita, longo
 „ quidem tempore immobilis erat, postea vero paululum ve-
 „ lutatus, hoc pacto mortuus est. Id. ibid.

250. „ Eorum operum, quae motu voluntario fiunt, alia
 „ libera sunt, alia vero affectibus corporis seruiunt. Priora
 „ perpetuo absque impedimento a nobis fiunt, vt ire ad ali-
 „ quem, alloqui, quidpiam capere et accipere: posteriora vero
 „ non perpetuo, sed in tempore quodam et cum mensurâ, sic
 „ egerere et mingere corporis affectuum sunt remedii; atqui
 „ aliqui tacuerunt quidem annum integrum et eo amplius sponte
 „ sua, egestionem vero vel vrinam retinere, non modo annis,
 „ sed ne mensibus quidem, quin imo nec diebus paucis, nemo
 „ potuit: adeo enim urgent et saepe angunt, vt quidam in le-
 „ cum consuetum abire non valuerint: simile est respirationis
 „ opus, etenim periculum est, ne quis moriatur, nisi respi-
 „ nerit, atque extreme molestum est, suffocari: ne igitur quis-
 „ piam ex eo, quod respirationem cohibere non possumus, id-
 „ circa minime voluntariam esse respirationem existimet.
 Galen. ibid.

251. Hinc etiam sequitur, vt motus humanae machinae
 animae sint adscribendi, tamquam potentiae motrici, licet a vo-
 luntate non pendeant, seu nobis inuitis peragantur.

Qui graui pruriitu laborant, illi cupidinis, seu appetitus
 sensitiui, ductu se, ad usque cruentationem et dolorem, scalpunt,
 licet non scalpere voluntas decreuerit. Lippi, pforophthal-
 mia affecti, etiam inuoluntarie oculos fricant: ira perciti inuo-
 luntarie diuersos motus, suae irae indices, instituant: meticu-
 losi tremunt, lugent, suspirant, cum suum metum celare
 vellent maxime; quis autem hos motus ab animae facultate,
 id est, cupidine, vel auersatione, fieri negauerit? [Hypocho-
 driaci nonnulli, dum incipiunt conualefcere, sciunt, se ni-

mium de se suaque aegritudine esse sollicitos, nec tamen timorem prorsus fugare possunt.]

Illos motus ab anima fieri iudicamus, quos boni vel mali perceptio determinat, quique huic perceptioni et huius motu intensitat[i] respondent, ita, vt hac perceptione cessante cesserent, crescente crescant, mutata mutentur; illud enim est alterius effectus, cui proportione respondet, et ex quo huius effectus producio potest intelligi (157. 170.); verum tremor a periculo imminentia, seu a perceptione mali, etiam moralis, proximi determinatur, corpus autem ab illo malo nequaquam afficitur; quis enim sanae mentis crediderit, corpus magis affici mechanice a visu sententiae letiserae, quam a visu diplomatis venialis? et prout periculum grauius est vel leuius, symptomata metu sunt grauiora, aut leuiora, ceteris paribus, atque periculo cessante cessant, cet.: et si venia reo trementi huncietur, tunc liber a maiori metu, minoribus malis attendere aptus est, adeoque mutata perceptione mutantur motus et phaenomena: praeterea cur anima, extremo periculo percita, hisce motibus hostium et adstantium commiserationem sibi conciliare debeat et possit, quisque potest intelligere; cum phaenomena pathematum a summo numine instituta videantur, vt humana societas caritatis fune colligetur; vnde fit, vt gentes etiam, quae loquela articulatam aliarum non capiunt, vocem pathematum, vt fletus et risus, intelligent: ergo quos nulla corporis mechanica impulsio, illos animae affectio determinat motus etiam inuitos, et illi ex psychologiae principiis intelliguntur, adeoque datur in anima facultas a voluntate distincta, quae horum motuum caufa est.

252. Ex his liquet, cur homo motus in se ipso moraliter necessarios supprimere non possit, licet ab anima pendeant.

Etenim homo ineluctabili ferme necessitate ad felicitatem, seu constantem voluptatem propendet, et impossibile est, vt sibi malum, qua malum iudicatur, inferat; seu vt se odio prosequatur, docet experientia et conscientia; verum sunt motus in homine moraliter necessarii, vt motus respirationis, motus cordis, iisque continuo; aliij per interualla et in certis circumstantiis, vt fecum, vrinae, egestio, potissimum in dysuria et tenesmo; nictatio, et capitis reclinatio, cum oculis cor-

pus quoddam nocitum admouetur; clamoribus auxiliū aduocare, cum nos vrget hostis insuperabilis malitia; aut fletu, supplice vultu illius commiserationem commouere, cum nullum aliud supereft perfugium. Ergo, licet motus ab animā pendeant, illi non minus sunt moraliter necessarii.

253. Necesitas motū est ipsius utilitati perceptae, et assuetudinis vehementiae proportionalis; quoniam docet experientia, sine noxā nos posse anhelitum cohībere per pauca seunda, modo sequentibus inspirationibus, quod deficit magnitudine aut numero, pensetur, illum per haec secunda cohībemus facillime: verum per minutum unum, aut alterum, cohībito anhelitu iam laeditur, et imminet summa pectori anxietas, adeoque anima metu conturbatur, et si non sponte nostrā, sed alienā, vi cohībeatur, vt immersione in aquam, vellaquo collum vinciente, illam violentiam ne per unicum minutum tolerare possumus; atque cum periculum tunc temporis velocissime crescat, vel uno temporis secundo animal sit strangulatum, dentibus, vnguis, horrendis conatibus usque ad virium exsolutionem reluctatur *; atque etiam si hisce laboribus vires citius exhaustas, sibique mortem paululum acceleret, non minus in hoc mortis periculo satius est, anceps experiri remedium, quam nullum, huicque legi potentia motrix obtemperat. Patet itaque, eo magis esse impossibile, a motu et conatu utili abstinere, quo conatus ille ad vitam utilior aut magis necessarius iudicatur. Neque enim omnes, ait Galenus de motu muscul. ad moriendum sunt proclives, etiam infinitis malis confliguntur, et qui eo progrediuntur, abire e vita cum summo dolore nolunt.

254. Millies experti sumus ab ortu, quod, suppressā per aliquod tempus respiratione, orta laesio et anxietas solueretur, dein respirationis magnitudine vel numero adauclis: videlicet ait Galenus de dyspnoea, l. 1. „omnis velox motus propter

* Mirum videtur plurimis natūram aliquando nocere, vt aiebat Asclepiades, cum scilicet in conatus vires exfoliuit et mortem maturat, si conatus effraenes fuerint; verum inde hos conatus ab animā etiam rationali non fieri, sine iure dēducunt, cum ipsam voluntas,

quam animae rationalis facultatem non inficiantur, ipsaque anima patēmata, in ipsis negotiis moralibus, quorum ideas distinctas obtinet, saepē hallucinetur, et ipsa volenti filii noceat: quot sunt, qui prae metu minoris periculi in manus ferunt præcipites!

„vrgentem fit vtilitatem et facultatem, ei subseruire valentem,
 „hoc est, integrum et robustam, si nullum ex organis relu-
 „ctetur; possibile est quandoque, vtilitate multum vrgente,
 „etiamsi facultas moderate debilior sit, motum fieri velocio-
 „rem; si vero amplius debilitetur, non amplius possibile est,
 „fieri velocem, sed densam magis pro veloci fieri actionem;
 „omnis enim densitatis actionum vnam existere caussam dixi-
 „mus, prioris scilicet actionis defectum, coguntur enim; illa
 „vrgente non amplius cessare; fufius omnia haec in libro de
 „pulsibus sunt demonstrata. Sic Galenus; atque cum millies
 experti sumus, vtilem esse conatum in paribus circumstantiis,
 vicumque ab illo conatu vires exfoluantur, vi motui praec-
 teriti, seu assuetudinis, hos motus pariter iteramus: hinc fa-
 cile quisque percipit, quod quo antiquior est consuetudo mo-
 tus, eo illam intermittere, vel illi reluetari, difficultius est; sic
 qui propter aliquod leuamen olim expertum assueti sunt ni-
 stando, vel certos geslus exerendo, illi incogitantes et inuiti
 eos exerunt, et eo pertinacius aut maiori necessitate, quo lon-
 gior est consuetudo, ac quo motus ad vitam est magis neces-
 farius. Hinc licet concludere, motum cordis, vt pote a con-
 ceptionis punto assuetum, difficultius sibi posse motu respira-
 tionis. Vnicus homo notus est, scil. Chilarcha Townshend,
 apud Cheyneum the english Malady, pag. 307. qui cordis mo-
 tum sufflaminare sibi posset; verum et homines filiiestres ex
 Pondicheri, teste Hombergio, et seruus barbarus Galeni, re-
 spirationem sibi supprimere potuerunt.

255. Si vehemens cupidio et consuetudo sumul concurrant
 ad motum etiam vitae non necessarium, sed indifferentem,
 motus ab illis motu determinati supprimi quidem, sed cum
 difficultate proportionali possunt; atque hi motus sine con-
 cursu voluntatis et reflexionis peraguntur; sic vino dediti ne-
 cessitate morali duci bibunt; grauidae malaciæ, pueræ pica
 laborantes, licet firmiter animo decreuerint, fal non vorare,
 gypsum non attingere, vix, si præ manibus id habeant, ab-
 tinere possunt, et alio etiam intentæ et non cogitantes vo-
 rant; qui tabaci pica laborant, illi licet aci studio immersi
 paluerem naribus inspirant, pyxidem, quam consulto abie-
 eere, in consuetis facculis incogitantes ineuctigunt.

256. Si musculi, quorum motus est summe necessarius, dudum assuetus, et cupidinis dictamini conformis, sensibus nostris, vt visui non pateant, horum motus, nobis ne attendentibus quidem, inuitis etiam, mechanica necessitate fieri videatur, licet ab anima fiat; pupilla in locis obscuris eà proportione dilatatur, quâ maiori radiorum lucidorum copia opus est ad obiecta distinguenda, adeoque cum obiecta remotiora cernimus, eam dilatamus; vbi vero obiecta viuidiori luce collufrata, aut proximiora conspicimus, eam constringimus; simulque palpebrae superioris motus oculi motum et directionem constanter sequitur, ita vt oculo deorsum flexo deprimatur, sursum verso relevetur, atque totus oculi globus, ipsiusque crystallinae lentis, prout obiecta distantiota, aut proximiora, cernimus, aptetur huic distantiæ, vt distinqui clariusque videamus: iam vero potentia motrix, quae pro diuersitate circumstantiarum numerosa instrumenta aptat, mouet et dirigit in finem utilem, intelligens est, adeoque in nobis anima est; atqui licet ab anima fiant hi motus, nec cognoscuntur illi musculi, per quos fiunt, nec nerui, quibus fluidum nervuum excipiunt, nec ipsi motus, cum actu fiunt: tantum perlentur laßitudo, cum diutius idem peraguntur, vt cum minutias attente percipimus, aut microscopio utimur; atque nobis inuitis fiunt, vt cum solem aspicimus, eaque tantum anatomici quidam et optici norunt non ita pridem.

257. E contra vero motus digitorum, eorumque cum nostra voluntate connexionem percipimus, quia oculis nostris subiacent, dum interea muscularum vlnae, his motibus inseruentium nos latet contratio, quia illi musculi oculis non subiiciuntur; idem dictum esto de muscularis laryngis et pharyngis, quorum plurimos ne quidem existere, nedum moueri nouerant antiqui anatomici; quis autem dubitat, quin apte et concinne pro diuersitate tonorum et articulorum vocis, illi dato ordine, et data vi contrahantur, tum animâ volente, tum pathematis affectâ; adeoque quin motus et liberrimi et mere naturales ab illis exerceantur, qui nobis tamen per vitae totius curriculum sunt ignoti, vt ignotae huc usque omnibus fuerunt chordæ vocales illust. Ferrenii.

258. Non mirum itaque, si musculi cordis, quorum motus, nisi casum palpitationis excipias, auditum, visumque prorsus fugit, a primordio vitae affuetus est, et ad vitam continuo necessarius, nobis nec attendentibus, imo inuitis, suas contractions in somno atque vigilia alternatim exsequantur, licet ita ab anima pendeant, vt respirationis ad instar possint accelerari, et a diuersis animi pathematis intendi, remitti, retardari, prout vitalis utilitas et necessitas exegerint. Nec obliuant, cordis exsecuti et extracli motum aliqualem aliquamdiu perstare, adeoque ab anima non pendere; his enim reputat *Divus Augustinus et Alph. Borellus*, caudam lacertae resemiam pariter moueri, quam tamen voluntario moueri norunt omnes: imo plurima hodie cognita sunt insecta, vt polypus seu hydra *Linnaci*, (*Faunae Suec. 1285.*) cuius singula frusta viuunt, vt viuunt singula oua, velut ouarii frusta foecundata.

259. Ad hoc vt quadam animae facultas agat, non necessarium est, vt aliae simul concurrant: in somnambulis fiunt omnia opera voluntaria, vt loquela, cantus, saltus, discursus concinnus, absque eo, quod somnambulus videat, audiat, vello sensu, vili memoria actorum gaudeat, vide *Histor. somnambulismi et catalepsos.* * Qui optimo valent intellectu, non omnes memoriam, acumine, visu, tactu, olfactu, non constanti voluntate, cet. pollent; optime videmus, licet furi, iudicamus sine visu, cet.: sic et motum libertas exercet independenter a natura, et natura independenter a voluntate; pugnat cupidus cum voluntate, quoties aliquid volumus quod auersamur, vt cum brachium chirurgo amputandum porrigimus voluntario, sed non sponte (221. 224.); consentiunt cupido et voluntas, cum id volumus, quod cupimus, vt cum volumus manducare, et simul esurimus; inuiti nefari patibulum conseendunt, libere tamen artus ad ascensum mouent, non sponte, id est, penes eos est, non ascendere motu suo proprio, atque natura repugnat, verumtamen ascendunt, ne grauiora ferant infortunia: non voluntario scabiosus se scalpit, nec sponte, sed coactus ab anxietate, quam scalptus sat.

* Narrat *Galenus* se pedibus iter aliquot milliarium consecuisse, somno tamen iepultum.

dat, nec voluntario puerpera nifus edit ad partum necessarios,
 quos natura ciet. Quae cum ita sint, vt ab ipsis mulierculis
 cognoscantur, non possum satis demirari plures philosophos
 ita caecutire, vt praefracte negare malint, quam cum omnibus
 non-philosophis consentire. „Est autem in confessio, ait
 „Galenus de Dyspnœa, quod nulla tinclura adeo ineluibiliter
 „imbuitur, quam affectio ad vitiosa dogmata; neque enim vli-
 „lis persuasionibus reuocari possunt in ipsis conuirtiti, vt cum
 „demonstratiuis methodis non erudit sint, nec de vero aut
 „falso iudicare sciant, nec sine odio erudiri se patientur.“
 Tales sunt nostro aeuo, qui si rationum momenta pacate au-
 dire velint, ex eo, quod Galenus, Riverius, Stahlius, plus anima-
 mae, quam par est, tribuerint, ipsi etiam, quod iustum est
 et debitum, detrahere conantur, sicque cum horum vitia efflu-
 giunt, in contraria currunt: noui quidem, plures esse, qui mo-
 tum cordis et respiracionis mechanicæ fieri contendant; quasi
 vero motus voluntarius non sit mechanicus, et motus muscu-
 lorum a Borello mechanicis legibus non dudum foret explicata-
 tus: sed id contendunt, quod scilicet fiat a dispositione machi-
 nae, sine vlo motore interno, et per vim aeris ambientis,
 aut alimentorum, aut denum ab elasticitate vasorum; verum
 ea qui audacius iactant, vt plurimum prima mechanics ele-
 menta ignorant, aut praeiudicata opinione laborant, cum scili-
 cet vires a machinis adaugeri, et mobile perpetuum sine mo-
 tore dari contendunt, quos hic refutare non est animus; suf-
 ficit enim in arte medica, vt sciamus, ita connexos esse motus
 humanae machinae cum animae ipsius motibus, aut affectibus,
 vt, si ab anima reapse dirigerentur hi motus, non alio modo
 prorsus se haberent; cauſarum primarum essentiam non quaer-
 imus, sed motuum machinae ad mentis affectus relationes
 inquirimus (30), et naturæ nomen iuxta significatum a medi-
 eis dudum receptum adhibemus. Ceterum, multis difficulta-
 tibus nostram premi sententiam, non ignoramus, verum in his
 adstipulamur Galeno, qui sic ait, „qui euidentibus fidem ab-
 „rogat, sensus expers est; qui vero de dubiis promte pronun-
 „ciat, temerarius est; qui autem propter obscuritatem, quae in
 „his inest, quae etiam clara sunt, habet suspecta, scepticus est,
 „porro qui non modo suspecta habet, verum etiam, quae clara

„sunt propter obscuritatem dubiorum studet auertere, sapiens
„non est; *I. de motu muscul.* 986.

De viribus inanimatis.

260. Omnes motus humanae machinae ab animâ, tamquam a principio suo, pendere, nemo debitâ attentione praeditus vñquam crediderit; quia luce meridianâ clarius est, dari motus hisce finiles in corporibus inanimatis, vt vegetabilibus, fossilibus et animalium cadaueribus, in quibus etiam dantur facultates, seu potentiae motrices, his producendis sufficietes, nec datur anima.

261. Facultates illae sunt grauitas, cohaesio, seu attracio, elasticitas; et quae ex his pendent, electricitas, putrefactio, fermentatio, calor, rarefactio, dissolutio, condensatio, cet.: praeterea aëris ambientis, corporumque irruentium pressioni obnoxius homo est, atque illae cauflæ sufficiunt ad functiones animalibus et vegetabilibus communes, vt nutritionem, secretionem, digestionem et generationem, eo discrimine quod illae in animalibus adiuuentur a motu musculari, qui deest in vegetabilibus (208).

262. „Ferme demonstratum esse puto (ait illustriss. medicus et Geometra *G. Cheyne, the English Malady*, pag. 90.) dari in quois animali, siue perfecto, siue imperfecto, principium, ex se ipso agens, ex semetipso mouens: inerus mechanismus, id est, forinsecus impressus motus, iuxta certas leges et proportione data ad corporum superficiem, vegetationis phaenomenis forte potest satisfacere, ast ad animaliem, seu animalium, et ne minimi quidem insecli vitam, explicandam sufficere vix vñquam crediderim; atque haec est omnium sapientissimorum et in mechanicis versatissimorum geometrarum vniuersalis sententia.

263. „Quantum motus perpetuus in meritis machinis sit possibilis in praesenti rerum statu et iuxta cognitas vniuersalibus leges in me determinare, haclenus non fuscipio. Existimo tamen, quod ratione affricans corporum ac continuae iacturae, quam motus omnis in tellure nostrâ patitur, atque ratione impossibilitatis describendae vnius rectiae per vnicum et eundem impulsu[m], motus ille perennis non minus est impossibili-

„ bilis, quam in praesenti arithmeticæ statu circuli quadratura,
„ vel surdarum quantitatuum per fractiones integras seu finitas
„ expressio.

264. „ Verum quod omne animal perpetuum mobile sit,
„ ob innatum se ipsum mouens principium, et internam ipsius
„ potentiam, id extra omnem dubitationis aleam esse, existimo;
„ atque mechanice, id est, ex sola materia et motu extus im-
„ presso, coniunctis etiam omnibus numerorum et geometriæ
„ viribus, cuiuslibet animalis viuentis functiones explicare,
„ id est, quantum concipio, verba sensus vacua effundere et
„ ignorantiam suam prodere.

265. Omne corpus resistit motui (*Wolf. Cosmolog. 129.*),
sed omnis machina est corpus, ergo et motui resistit. Si cor-
pus vaum in alterum quiescens incurrit, impetus in conflictu
ex percussione amissus est ad impetum, quem ante eum habe-
bat, in ratione massæ corporis quiescentis ad massam virius-
que simul (*Cosmolog. 429.*), motus ergo machine impressus
ab alio corpore partim amittitur; sic si columna sanguinis al-
teram quiescentem impetum ipsi aequalem, dimidia motus quan-
titatis ex hoc conflictu amittitur. In congressu corporum im-
perfecte elasticorum vis viaua, quae amittitur, eo maiore est, quo
elasticitas magis a perfecta recedit, demonstrat s^r Gravesande;
imo corpora perfecte elastica de sua motu quantitate amittere
demonstrat (*Wolf. Cosmolog. 465.*). Cum itaque organa cor-
poris humani fluida sint mollia, et elasticitate sensibili desti-
tuta, atque firma, ut cerebrum, pulmo, hepar, adeps, im-
perfectissime sint elastica, certum est, ut maxima virium ipsis
impressarum pars continuo desperdatur*.

266. Vegetabilia, vasis aequa elasticis, ac homo, praedi-
ta, et iisdem aëris ambientis actionibus, ac nos, exposita, tan-
tum vegetant, secernunt, nutrituntur, et generant, atque
horum omnium motuum ratio in actione solis, et aëris at-
mosphaericæ potest haberi; quia vegetationis, secretionis, cetera,
intensitas est proportionalis viribus expansiuis et dissoluentibus
atque electricis, quas solis calor ipsorum succis impertit; unde
ercentem calorem crescent, et decrescentem, ut hieme, decre-

[* Cf. Y. P. Eberhard d. de aequilibrio virium in C. H. contra Sau-
vageum. Hal. 1762. 4.]

scunt illae functiones: verum motus muscularis cordis, pectoris, artuum nequaquam respondent actionibus solis, aëris et aliarum virium corporearum, sed respondent motui ab anima perceptis, eius cupidini, auersationi, voluntati et noluntati, adeoque functiones animales pendent a principio animalibus proprio; vegetabiles vero ab alio animantibus et vegetantibus communi.

267. Imperium animae in cor directe ex obseruatis frequentibus demonstratur. Homo, qui vehementer animo perturbatus, et ex improviso perterritus fuerat, per aliquot horas frigidissimo sudore disfluxit, et pulsus modo exilem, modo nullum habebat, deinceps vero sedato animi motu cor et sanguis suos naturales motus gradatim recuperabant, et tales per horam stabant animo prorsus pacato, rursus illi motus evanescabant, et per semihoram veluti moribundus ille videbatur homo.

Alteri valida et voluntaria crurum et brachiorum extensio pulsationes cordis viginti intra minutum soliti addebat, simulque ita erat exiguis pulsus, ut vix distingui posset: in homine quiescente pulsationes 34^{or} circiter quoquis minuto, vel bismille per horam numerabantur; sed cum totis viribus cœcurrisset, earum numerus a 34^{or} ad 150^a intra minutum, adeoque ad 9000^a intra horam assurgebat; fere quintuplo frequentiores erant.

Cum homo moueri incipit, pulsus statim solito minor euadit, dein sensim crescit et per motum incalescit: cachinus pulsus acceleravit 25^e pulsationibus in minuto; et cum ille homo voluntario respirabat ter vel quater velocius solito, numerus pulsationum additus in minuto erat 13^m vel 14^m circiter: tussis, deglutitio, ieclio alta voce, pulsus accelerant; ergo motus cordis, vel mediate, vel immediate, ab animae affectionibus et facultatibus mutatur: *hac Br. Robinson, animal economy prop. 21. Martinus Lister*, dum de cochleis agit, obseruat, illarum corculum identidem et per interualla inaequalia a motu cessare; dein vero, cum animal motum quendam artuum, ut antennarum, vult exferere, cor illius velut ex ipsis arbitrio strenue moueri; innumeris obseruatis constat, teste Cheyneo, Engl. Mal. pag. 68. motum cordis ab anima,

prout diuersis pathematibus est affecta, vel intendi, vel sufflaminari: vide *Nicholfi orat. de animā medicā*.

268. In omni humanae machinae mutatione morbifica ita affici animam autumauit *dīvus senex*, et pathemate percelli, vt morbum per molestiam, seu animae ingratam sensationem desinuerit; et quotidiana docet experientia, nullum esse morbum, si deliros excipiamus, in quibus anima non moleste afficiatur, tum debilitate contristata, vt in febrilibus, enaucatoris, et paralyticis; tum dolore, vt in inflammatoriis et dolorificis; tum metu perculta, vt in soporosis et conuulsu; tum moerore confumta, vt in cachecticis et chronicis; sed in ipsis deliris morbis, vt mania, melancholia, hydrophobia, diris pathematibus animam agitari norunt clinici, adeoque inconcussum manet in omni morbo aliquod animi pathema comitem indiuiduum adiungi.

269. Itaque non directe solum probatur, animam, vt pote corporis amicam, prauo statu moleste affici, adeoque cum potentia motrice sit praedita, et malum auersetur, huic morbificae cauillae pro viribus reluctari; verum etiam probari potest, potentias corporeas et machinae dispositionem ad morbos conatus edendos non sufficere, atque mechanicam morborum, vt aiunt, explicationem legibus motūs reluctari, quod exemplis sequentibus patebit.

270. Sit tussis in exemplo: eam in subità et sonorà exspiratione consistere, norunt omnes, atque eius occasionem esse pus, sanguinera in pulmonibus effusum, vel puluerem, aquae, laetisue guttulam, inter ridendum in pectus illapsam, vel tubercula, phlegmonem, aliudque vitium in trachea, vel pulmone enatum: contendunt autem Asclepiadei, qui mechanicam secam amplexantur, illud ex eo fieri, quod aquae v. g. guttula premendo neruos tracheae proritet influxum fluidi nerui, mechanica necessitate adactum versus musculos expiratorios, vnde horum contractio et tussis.

271. Illa theoria peccat in leges mechanices; vis etenim guttulæ, rimam glottidis partim obcurantis, nihil aliud est, nisi illius pondus, adeoque infinite parua, respectu vis viuae totius pectoris, ad tussim excitandam necessariae; moles enim pectoris, imo corporis in tussi fat velociter concutitur, estque plu-

ribus millionibus maior pondere guttulae; iam vero si moles guttulae per velocitatem suam initialem multiplicetur atque conferatur moli totius machinae concusiae per suam velocitatem multiplicatae, immensa cerre est disparitas; ergo impossibile est, a mole guttulae hanc succussionem corporis fieri; certissimum siquidem est in mechanica, pondus, per machinam motum, et in suam velocitatem ductum, numquam esse maius mole mouente, in suam velocitatem ducet, ut quisque mechanicas principiis imbutus, apprime nouit, et ex vestis theoriam liquet.

272. In veste aquae, ope tubuli exilis, aqua pleni, et vesicam, ipsi continuam, repletis, pondera immensa quidem attolluntur, verum tanto tardius eleuatur pondus, quam ipsa aqua intra tubulum fluit, quanto transuersa vesicæ sectio amplior est tubuli sectione, arque vis viua aquae in tubulo non minor est vi viua ponderis, dum eleuatur, atque hoc ipso exemplo, ad casum allatum sponte applicato, sequitur, ut theoriam, quam impugnamus, sit hydraulicae contraria, et prorsus absurdum.

273. Si quis in aquae guttula ad vim expansiuan, et vi pulueris pyrii similem, confugiat, ut eius energiam intendat, is non ineptum solum figmentum somniat, verum eo etiam concessio, non minus stant principia mechanica allata; atque fingerendum rursus erit toties mirum in modum explodi hunc puluerem pyrium, quoties tussis iteratur, quod per interualla reuertitur, et hoc fine ratione sufficiente fieret, quod est absurdum.

274. Supereft, ut illi mechanici confugiant ad mechanicas leges non ignotas solum huc usque, verum cognitis hue usque prorsus oppositas; nec desunt, qui tales leges quondam inueniri posse presumunt, ut suis dubiis fidem faciant; verum usquequo leges illae detectae fuerint, certum est, theoriam eorum circa tuſsim, aliosque motus sympatheticos esse principiis cognitis contrariam, adeoque anti-mechanicam; et praeterea non arduum foret probare, leges mechanicas vniuersales non minus esse necessarias, quam arithmeticæ et geometriae principia: Ill. Bernoulli, Act. Petropol. T. I.

275. Si fluidum, condensatione et rarefactione, atque attractione omni deposita, per tubum conicum progrediatur, eademque quantitas trans quamlibet sectionem huius eodem tempore praeterat, velocitatem in basi esse tanto minorem velocitate in apice, quanto ipsis sectionibus ab illius sectione superatur; hoc est principium aequum certum, ac certum est ut duobus summa idem sint, ac quatuor. Idem de aliis generaliter acceptis mechanicas principia dictum puta; verum quae necessaria sunt, secus esse non possunt, adeoque ea principia ab aliis quondam eueri posse, prorsus impossibile est.

276. Ut theorie absurditatem vterius perspiciamus, aduentendum est, singi gratis a pseudo-mechanicis neruos, alios voluntati, alios vero mechanismo subditos, et amborum filia intime singulis et minimis partibus intertexta; cum enim videant, tussim pro lubitu ab anima excitari, atque etiam tussim nobis inuitis procreari, inde colligunt, tussim mechanicam, ut aiunt, seu automaticam per organa voluntati subdita fieri nequaquam posse, quod principium dudum confutauerat Galenus (242-256); atque sic entia citra necessitatem et verisimilitudinem multiplicare coguntur; neruos autem nullos esse tantum motui, et nequaquam sensui ministrantes, demonstrat sensus, ex tenuissima acicula vbiuis impacta oriundus.

277. Si diuersos multiplicesque examinemus respirationis motus, eos fere in infinitum variabiles esse, videbimus; nam et tonorum diuersorum, quos auris distinguit, numerantur 9632. (*Sauveur Hist. de l' Acad. des Sc.*) qui singuli iterum quoad vim variare possunt, et praeterea sunt suspiria, gemitus, singultus, fletus, sternutamenta, flertores, oscillationes, risus, cachinni, clamores, cantus simplex et modulatus, et infinita loquelae seu vocis articulatae discrimina, quae singula sunt diuersae exspirationis species, et determinatum organorum motum expostulant; ex illis tussis est unica et determinata exspiratio, ita ab aliis distincta, ut nemo sufficientem cum ridente, singultiente, cantante, cet., confundat.

278. Nullum est in amplissimam vesicularum pulmonarum superficie et tracheae ductu punctum, quin a puluisculo, cruento, pure, cet., effusis, tumore quoquis pressum, tussi oc-

caſionem praebat, adeoque nullus eſt neruus, nulla fibra in his partibus, quin et tuſi, et ſingulis aliis infinitis, numero motibus minifret; cum autem illaſta in tracheam aquae guttula nulla fit ratio, cur ea potius premat organa, tuſim exicitatura, quam organa riſum, ſingulum, oſcillationem, can- tum, fletum, cet., producere apta, si ea omnia mechanice peragantur, machinae enim ſemper et neceſſario, quidquid agere poſſunt, exequuntur; nulla eſt pariter ex mechanicis ratio, cur aquae guttula inter ridendum inspirata tuſim ſolummodo conſtanter exciteſ; imo demonstrari potheſt ex probabilitatum calculo, eam numquam hiſce poſitioſ excitandam fore; abſurda ſunt itaque principia, in hoc abſurdum deducentia;

279. Si ex pluribus aequa poſſibilibus vnum conſtanter contingat, data certa conditione in machinā, cui principium mouens et intelligens praeceſſe compertum eſt, illius caſus fieri deſclētū a principio illo intelligentē neceſſarium eſt. Cum enim nihil fiat fine ratione ſufficienti, atque in illa machinā animatā nullus ex hiſbus caſib⁹ potius determinetur a mecha- niſmo, quam alter, cum tamen vnuſ conſtanter determinetur, iſ a principio intelligentē determinari debet, atque id ita fieri in humana machinā probant sequentia.

280. Aquae ſcilicet guttula, chordis vocalibus adhaerens, rimam glottidis ſua viſcoſitate partim obturat: fit dimidia pars obturata, tunc iisdem viribus expiratoriis non, niſi dimidia conſueti aëris pars, potheſt expirari ex legibus mechanicis; data enim eadē vi, embolum pellente, quantitates effluentes ſunt, vt orificia; verum in illis circumſtantiaſ eadem aëris inspirati quantitas duplo diuiriſ in pulmone remanens et incaleſcens, duplo minus insufficiens euaditum refrigerando ſanguini, tum auferendaſ ſecum calidae pulmonum exhalationi; atque imminuto ſanguinis pulmonaris refrigerio, eiusque halitui ſuppreſſo conſtanter ſuperuenit moleſtia, et anxietas, quae ſola etiam iteratā, vel ampliori aëris frigidiusculi inspiratione, potheſt ſubleuari, ſi ſenſus vigeat, vt docet cuiusuis experientia; adeoque vires respiratoriae intenduntur ad iterandam et au- gendam inspirationem.

281. Quantum intendi debeant vires respiratoriae, vt duplo maior aëris copia dato tempore respiretur, docet hy-

draulica; vires enim emboli debent crescere quadruplo, vt zadem per orificium duplo minus inspiretur vel exspiretur aeris quantitas (*Haemastatique pag. 312. n. 80.*), atque vt sexdecies maior vis impendatur, vt sub illis circumstantiis duplo maior aeris copia respiretur (*ibid. n. 92.*) adeoque sexdecuplo maior vis impendenda venit, quod potentiam motricem exsolueret, nec efficaciter illi dyspnœae obuiam iret.

282. Verum si semel, aut bis, vires exspiratoriae multum intendantur ad accelerandum aeris effluxum, tunc adactio aeris praeteruntis in guttulam aquae obstruentem impetu, potest, vi aeris, illa guttula foras extundi, et sic unico, vel altero conatus, materia morbisca et molestia tolli; natura itaque, repetitis tentaminibus olim erudita, hunc conatum, seu tussim salubrem, licet in certis casibus insufficientem, excitabit cum breui adeoque mediocri virium dispendio.

283. Hinc sequitur eo viuidiores fore conatus, data eadem potentia motrice, quo maior fuerit et respirandi necessitas vrgens, et hominis sensibilitas, aut meticulositas; si enim illud obturaculum maiorem aeris inspirandi quantitatem intercipiat, conatus erunt promptiores et magis coacti; si minor intercipiatur aeris copia, homo poterit pro lubitu tussim differre, aut longius intermittere, atque interea vrgentioribus negotiis defungi, vt docet experientia. Si ceteris paribus homo olim inde molestiam expertus, suffocationem, licet minime impendentem, metuat et nimis sensibilis sit, vt sunt conualescentes, hystericae, delicatuli, pusillaries, illico et viuidam, et pro potentia magnam, tussim excitabit, atque ex leui guttulaq; resistentia summo metu pathemate, summo angore, in facie et gesu expresso, percelletur.

284. Hinc etiam sequitur, vt si guttula aquae ita, sit positâ, vt minorem aeris quantitatem intercipiat, aut aeger ob minorem sanguinis feruorem non tanto sanguinis refrigerio indigeat, simulque magnanimus sit et tranquillus, vel somnolentus, vel debitâ papaueracei hypnotici dosi sedatus, tunc eadem data vi guttulae neruos prementis, vel rara, vel nulla, tussis exoriatur. Sic phthisicis et catarrhofis noctes pacatas syrups de papauere conciliare solet, non materiae morbiæ vim minuendo, sed principii sentientis molestiam tollendo.

Sic a graui nuncio, vel negotio, superuenientes tussis, singultus, quotidie cessant, eodem mechanismo superflite, nisi quod maiori molestia minor obscuretur, et quod principium intelligens vrgentiori necessitati debeat occurrere.

285. Confusa perceptio mali, pariens molestiam, consensus Latinis vel compassio, Graecis *sympathia* dicitur; ideo autem anima molestatum, siue compatitur affectibus corporis, quia huic machinae ita sociata est, ut ab eius bono statu laetetur, a prauo vero ingrate afficiatur; et sic eius voluptas, adeoque huius vitae felicitas, ex corporis integritate, robore, formâ, pendeat. [In his, sequentibus etiam, verbo tantum A. *sympathiae* meminit, quam vellem fusius enarrasset. Non placet, A. iam nimium diuagantem onerare supplementis eiusmodi. Quare aliquot saltem scripta tironi excito, quae conferat: nimirum H. J. Rega, tract. med. de *sympathia*, seu consensu partium C. H. ac potissimum ventriculi in statu morboſo, Frſc. et Lips. 1762. 8. et Cl. J. C. T. Schlegel sylloge ſelecitorum opuscul. de mirabili *sympathia*, quae partes inter diuerſas C. H. intercedit, Lips. 1787. Spero, Cl. editorem hunc laborem esse profecturum, ut alia ſcripta edat, quae adiicere praeterea poſſem: v. g. Cl. Rahn in d. de miro capit. et abdominis commercio, Gott. 1770. 4.

Quae A. praeterea ad *sympathiam* retulit, ſpectant potius ad ſic diuersas vires morborum medicatrices, aut praeternellas a multis, aut non ſatis aeftimatas. Huc *cotio*, *crisis*, de quibus, quaeso, videas *Syst. aegrit.* T. I. p. 28 fq.]

286. Cum autem in animâ ſint facultates motrices, ea non incaffum illas perſent moleſtias a cauſis morbiſicis, fed ipſis amouendis aliquatenus par eſt, maxime certe et commodiffime, ſi ſint externae; ſic spinam, dígito infixam, dentibus, vnguibus, instrumentis auellimus; incommode vero, ſi ſint internae, quia non ita praefto ſunt muſculi et organa cetera moṭus, nec via exitui facile patet. Sic ſi fuerit venenum in ventriculo, vix quidquam manus praefant, niſi premendo epigastrium, ſola viſ muſcularis ventriculi foras a no vel cato materiam morbiſicam poſteſt amandare, veruuntamen alia ſuppetunt auxilia; tunc enim vber ſaliuac et liquidi gaſtrici prouentus, vber potus, quem ſit is imperat, materiem demulcat,

vel huic vehiculum suppeditat, vnde vomitus iuuatur, simulque potentia respiratoria; musculi abdominales adiuuant; imo musculi, qui truncum inclinant, ad hoc, vt facilius ex stomacho venenum cum suo vehiculo possit eliminari, nobis volentibus, vel inuitis, concurrunt.

287. *Leges itaque sympathiae*, quae apud plurimos sunt verba inania, sunt propositiones rationi conformes, iuxta quas potentiae motrices, vt libertas et natura, suas operationes in oeconomia animali constanter exsequuntur. Leges illas quotidiana promulgat obseruatio.

288. *Lex prima.* Natura et libertas in hominis longevitatem pro machinae statu et suis viribus configiunt.

289. *Lex secunda:* Libertas externas, et intellectu perceptas, noxas tum physicas, tum morales, amoueat; internis natura propiciat; naturae sunt morborum medicatrices: *Hippocr. Epid. 7.*

290. *Lex tertia.* Vrgentiori periculo occurrentum est, adeoque prout nobilius organum afficitur, et noxa grauior est, conatus quidam intendantur, neglegitis ceteris, aut maior virium quantitas absumatur; anceps potius experiendum conamen, quam nullum.

291. *Lex quarta.* Illa organa ad operationem concurrant, quae fini obtinendo magis apta sunt, et in graui ac vrgenti periculo labor sit continuus, in minus vrgente detur intermissione laboris, vel remissio, ad vires recuperandas necessaria.

292. Harum legum exempla aliquot attulimus (251. 256. 280.) et fundamenta, plura in sequentibus prolaturi modo bina ab *Iust. Boerhaave* mutuari liceat: „Vix alieni, quid, natum in viuente, aut extrinsecus in illud suscepimus, furtim licet, ipsa statim fabricae conditio, tali nescia, motus excitat, ad expellendum, quod mora noceret; ad mitigandam alpera; resoluenda spissis; ad nimis dissoluta cogenda. O, quae molimina vomitus, alia siisque expulsionum per aliui, vesicæ, cutis vias! quae excitationes, attractiones, que, humorum ad fedem mali, vt diluat, abluat, detergeat, leniat, proturbet, noxiæ! Qui febribus impetus, vt expellant, eneruent, inuertant, maturent, assimilent ma-

teriem peregrinani mali; vel ut secernatur sincero, quod corrigi nefas; denique, vt, flosis turbata, dein iisdem ferendis natura assuecat. Febrim laudamus medici instrumentum felicissimum, quo natura perficit mille morborum acutum, et diuturnum, aliter incurabilium, sanationem perfectissimam, cet. Guttula aceti oculi membranam exterum nam attingat; certe tenellam laederet; sed fidelis custodia, limina seruans, dolor, vi conuelliit orbicularis palpebrarum inservit. Ille bulbus oculi ad glandulam lacrymiferam apprimit, exprimit laticein, cuius leni copia aceti acre temperat, et infractum tutò efficit. haec et plura Boerhaave Orat. de honore medici, servitute.

293. Qui mechanicam ignorant, illi facile in animum inducent suum, vt credant e machinis vel exiguum potentiam maximos effectus praestare posse, atque cum vires mortuas ac vias non distinguant; ex eo, quod summa pondera ope machinae per exiguum vim sustineantur, effectus viribus impensis, seu caustis, multo maiores existimant. Non defunt, qui, potent, machinam excogitari posse, cuius ope minimo labore maxima v. g. aquae quantitas ad quancumque altitudinem, adeoque quantacumque velocitate eleuari possit, et animum exercuant suum in anquirendis rotis, vestibus, ponderibus appendendis; sed operam perdunt, neque audiendi sunt huiusmodi promissiores, cum magni quid sibi videntur invenisse: eadem existente potentia absoluta, dico omnes machinas, quae nullas patiuntur frictions, et quae nullos motus ad propositum finem inutiles generant, eundem effectum praestare; neque unam alteri praferendam esse, demonstrat celebr. D. Bernoulli Hydrodyn. pag. 166. Hist. de l Acad. des Sc. 1703. p. 100. Atque in machina hydraulica perfectissima, cum maximum quem potest, effectum exserit, vis absoluta fluidi motoris est ad vim fluidi, seu ponderis, in motum acti ab illa, seu ad effectum, vt 27^{em} ad 4^{or} circiter, vt 7^{em} ad 1^m: ibid. pag. 195. Seu maximus effectus ab impulsu fluidi est ad potentiam absolutam, qua machina mouetur, vt 4^{or} ad 27^{em}; atque si perfectissima supponantur humana machinamenta, in his tamen mouendis ex septem virium gradibus sex sere absuntur ante, quam effectus oriatur, ad propo-



situm finem utilis. Quae cum vera sint, quanto in errore versantur illi, qui ex machinarum dispositione, et multiplicatione, saepe fictitia, motus cordis, pulmonis, ex vi, materiei semel impressa et exigua, deducere conantur. Quam absurdii, qui ex resistentia opposita, tamquam ex caussa, motus incrementum ducunt! quam deploranda ars medica, quae tam salis inititur principiis! vide Ill. Euler. Mem. de l' Acad. de Berlin. 1752. pag. 199.

294. Piget me certe, ac ferme pudet, diutius eorum opiniones confutare sigillatim, examinatis viribus inanimatis, vt grauitate, elasticitate, quas humanae machinae functionibus omnibus explicandis aptas supponunt pseudo-mechanici; praecipuos circa id argumenti errores indicasse, sufficerit.

Grauitas vis est, materiei quantitati proportionalis, quae continuo deorsum nostri corporis partes fluidas solidasque urget: hinc sit, vt illico grauitate humi procumbant, qui syncope corripiuntur, quia cessante illico omnium muscularum contractione nil obstat grauitati; verum quamdiu viget illa contratio, vt dum stamus, vel ambulamus, ea grauitas a vi musculari multum superatur. Sic quamdiu cor viribus integris sanguinem in circulum promouet, vis grauitatis fluidorum fere pro nulla habenda est, et inde etiam sit, vt, licet sanguinis continuo deorsum premat, interea quamdiu vigent vires cordis, non magis ingurgitet sensibiliter cerebrum, cum, homine iacente, grauitas sanguinem a cerebro non reuellet, quam cum caput est erectum. Ast si vis contraria cordis multum sit imminuta, quoniam vis grauitatis fluidorum semper eadem in se, iam cum vi musculari cordis rationem multo maiorem obtinet, tunc temporis fluida deorsum a grauitate detrusa partes inferiores distendunt, maxime si, sanguine disoluto, lympha ab eo facilius separetur; inde pedum repentina in asciticis et chloroticis intumescencia, quam soli maiorum venarum pressioni ab obstructionibus vel lymphâ in abdomine effusa perperam adscribunt; omnia autem phaenomena a sola grauitate pendentia tam accidunt in cadaueribus, quam in viuis animalibus, vt anatomici norunt: cadauera enim, in amphitheatris per noctem suspensa, mirum in modum partibus imis intumescunt.



295. Elasticitas est vis, quā corpora compressa, si vis comprimens ablata sit, sese in pristinum statum restituunt, absque eo, quod illa figurae restitutio nec vi musculari, nec gravitati, tribui possit. Vis elastica est aequalis vi flectenti, quantumdi elater ulterius comprimi, vel infleci, potest; adeoque persistante vi premente in eodem gradu, vis elastica cum ipsa premente in acuilibrio permanet.

Hoc ignorare videntur, qui motus alternos vasorum a sola vi elastica deducere conantur, et qui etiam ad huius segmenti defensionem, elaterem perfectum in vasis fingunt, ut horum motum perennem explicent: verum praeterquam, quod absurdum est, esse eundem, eumque perfectum, seu maximum, elasticitatis gradum in diuersis eiusdem hominis vasis et solidis, ut in corde et cerebro, renibus et placenta, tendinibus et adipe, aortā et lymphaticis, imo et in diuersis hominibus, ut in foetu et adulto, cum tamen vel levissimus puluae cerebri et placentae contactus contrarium doceat: quis non videt, ea vasa fortius ab irā, debilius a metu moueri, licet elasticitas eadem sit; atque proinde, sine ratione, vasorum motus ab elasticitate deduci. Mirum, quod in vasis, sanguine ingurgitatis, aut viscido liquido distensis et infarcitis, motum contradictionem fortiorē, qualis est in phlegmone, ab elasticitate decidunt, cum corpora eo lentius et tardius se restituant, quo maiori vi distensa retinentur. Vitrū et ebū certe multo maiori elasticitate possent, quam arteriae et venae, et tamen vñā decimā quintā parte absit a perfectione eorum elasticitas, imo demonstrante Ill. Rizzeto in act. Acad. Bonon., perfecta elasticitas non, nisi massis indefinite paruis, ut moleculis lucis, competit; quam tamen mollissimis et maximis visceribus nostrī adscribunt theorici.

296. Quae impulsionem spectant, fusius prosequemur, dum agetur de morborum conuulsuorum theoriā, vbi motus sympathicos, non ex motu semel forinsecus impresso, et ex caecā mechanismi necessitate, sed ex prouidae naturae potentia motrice, deducemus; vnicum hīc argumentum adducemus. ex pathematum effectibus desumptum, aduersus eos, qui omnia mechanicē explicare corantur.

Docet cuiusuis experientia, plures homines ex alterius quem oderint, aut despixerint, visu facile irasci, ita ut ex omisso salutatione, ex conspecta epistola procaci, ex omisso responso, febre, calore, motibus violentis et spasmodicis fere corripiantur:

*Ora tument irā, nigrescunt sanguine venae,
Lumina, gorgoneo saeuius angue, micant.*

Qui ea phænomena ex motu machinae forinsecus impresso eruere contendunt, in prima mechanics elementa turpiter impingunt, et vix seria refutatione digni sunt; nam cum omisso salutatione et responsi sint merae priuationes, seu nihilum, ea machinae, vtcumque solerter dispositae, motum impetrare posse, absurdus, qui dixerit: verum eos motus independenter a voluntate fieri norunt omnes, vnde primi irae impetus non imputantur, ergo euidens est eos principio internum sentienti tum mouenti tribuendos esse; verum in ira motus cordis ingeminatur, febris fugax accenditur, respiratio velox et frequens exeritur, adeoque illud principium motus et sensus magnum habet in cor et pulmones imperium.

297. His argumentis pressi pseudo-mechanici in scepticorum partes transeunt, et his reponunt, nobis ignotum esse prorsus modum, quo in corpus agit anima; verum non magis scimus, quo pacto agat illa in motibus voluntariis; anne inde sequitur, vt ea non agat? nec magis nouimus, quomodo grauitas, elasticitas, cohaesionis caussa, agant, num ideo corpora non grauitant, elateria non premunt, nec adhaerent corpora? Concludamus itaque cum mechanicorum principio *Alph. Borelo*: quod principium et caussa effectiva motus animalium sit anima, quod nemo profecto ignorat, cum animantia per animam vivant, et durante vita motus in iis perseveret; extincto vero animali, id est, non amplius anima operante, machina animalis omnino iners et immobilis relinquitur; quod multiplices et plurimae animalis actiones sicut elecione, seu naturali appetitu quodam animalis, hoc quoque vt evidentissimum ab omnibus admittitur: manifestum est quoque, cognitionem et appetitum per se tantum animalis partes non mouere et impellere, sed opus habere instru-

mentis necessariis et facultatibus, vt locomotiu*m*, cet. De mot. anim. p. 1.

298. Huic opinioni non adhaeserunt, solum quotquot in hocce Lycae floruere, ante hoc ultimum saeculum, antistites celeberrimi, vt *Gordonius*, *Joubertus*, *Riverius*, *Dulaurinus*, cet.: verum et in hoc sanctorum patrum dogmatibus, vt *D. Augustino*, ipiusque ecclesiae doctrinae, adstipulamur; omnes enim orthodoxi unanimiter pronunciant, animam rationalem esse vitae humanae principium: *Catech. Monspel.* pag. 1, *S. 1. cap. 2.*, nec parui facienda, vt quidam putant, ea mutua principiorum concordia; nihil enim in philosophia verum esse potest, quod in theologia, iure, aliaue scientia falsum fuerit; cum veritas una sit, repugnante licet *Luthero* et *Averrhoem*.

299. Hactenus de facultatibus et earum viribus, quae sunt omnium actionum et mutationum hominis principia: cum autem in confessu sit, eadem principia, quae in sanu faciunt actiones sanas, ipsa in aegro morbo*s* facere, de viribus, quae harum principia sunt, agere oportuit, vt morborum causas intelligeremus; his itaque fundamentis innixi, deinceps symptomata enucleare conabimur.

De morborum principiis.

300. *Phaenomenum*, id omne est, quod in sensu incurrit, vel inde quam proxime deducitur; *Boerhaave Instit.* 875. Morbosum phaenomenum, seu *symptoma*, est quaecumque functio vel qualitas, quae alio modo se habet, quam in sanitate, seu quidquid evidenter mutantur, et a sanitate alienum, obsernatur. Qualitates saepe quidem mutantur a viribus inanimatis, seu ab iisdem, quae vegetabilibus communes sunt; siue nulla est qualitas vitiosa, quae in cadaveribus vel existere, vel etiam excitari non possit; cadaveris enim partes intumescent, et colores alienos adipisci, et odores nouos emittere, et exsiccari, et indurescere, et omnes mutationes cachecticis morbis effentiales subire.

301. Verum functiones morbosae, vt febris, dolor, conuulsio, paraly sis, multiplex euacuatio, quae scilicet a musculari viscerum motu pendet, nequam sine virium

animalibus propriarum concursu possunt fieri, unde patet, vires, tum animalibus, tum vegetabilibus, inherentes, esse principia^{*} morborum omnium, saepius combinata; illae quidem a principio intelligentे diriguntur, istae vero necessitate mechanicā tantum agunt. Si quis aéri v. g. frigido fuerit expositus, et inde febre corripiatur, euidens est, principiis, ut aiunt, mere mechanicis adscribendam esse cutis condensationem, vasorum constrictiōnem; hinc pallor, frigus, siccitas, et asperitas cutis, digitorum rigiditas, resistentia ad motum, nec non sanguinis coagulatio, visciditas, resistentia maior, quod idem euenterum est, si a venenis quibusdam intus affunditis morbus oriretur.

302. Verum sensus frigoris, horrores, spasmодici artuum subsultus, dein vero virium cordis augmentum, et inde subsequens pulsuum vigor, frequentia, febris, calor viribus animalibus adscribi debent, ita vt vix magnus foret error, si diceremus morbos omnes fere a virium utriusque generis concursu produci, ita tamen, ut materiem morbificam suppedent vires inanimatae, eam vero aggrediantur et impugnant vires animatae; unde quisque percipit, quid veteres intellexerint, cum dixerint: *morbū esse naturae luctam cum materia morbifica*; sic sumto veneno caustico alia symptomata materiae morbificae tribuenda sunt, ut dolor ventriculi, calor deurens hoc relatus; alia vero sunt naturae conamina huic veneno mitigando, vel eiiciendo, apta, ut vber saliuæ prouentus, cardialgia, quae ventriculi constrictiōnem denotant, nauseæ, et vomitiones, quibus cum muco gastrico venenum foras amandatur; ratione itaque cauffæ alia sunt *symptomata materiae morbificæ*, alia vero *symptomata naturae adscribenda*, ex horum concursu morbus est conflatus.

303. Omnia itaque symptomatum principium est vis quaecumque sanum hominis statum ita mutans, ut ille minus perfectus evadat: seu vis sanas functiones et qualitates immu-

[*] Huic ideae tum Cl. Sprengelius superstruxit diss. suam, quae inscribitur: *rudimenta, nosologiae dynamicae prolegomena*, Hal. 1787. tum ego in analysi metaphys.: *rudimenta, vis assimilationis* Hal. 1788. 8. ed. confuditum dedi, quomodo pathologia, certe utilis admodum, posset condi. Perperam haec idea

fans in alias; nulla enim mutatio fieri potest sine vi motrice, vel resistente, quia omnis mutatio actio est, cuius causa vis est.

304. In omni morbo caute distinguenda sunt ea, quae patent, seu in sensu, tum aegri, tum medici, incurront, ab illis, quae eos latent, et quae vel coniecturali, vel certo, ratiocinio dignosci tantum possunt; priora sunt *symptomata*, posteriora sunt symptomatum *principia interna*, ex quibus scilicet symptomatum possibilitas intelligitur. Sic in peripneumonia omnis mutatio conspicua in functionibus, vt tussis, febris, dolor, expusitio cruenta, sudor, iactatio, cet., et in qualitatibus, vt calor, rubedo, humiditas cutis, cet., symptoma est; omnis vero actio interna, vt arteriarum pulsus, pulmonum constrictio, dilatatio, crux in pulmones impetus, fluidi neruei influxus, atque omnis mutata tum fluidorum, tum solidorum, dispositio, vt fluidorum viscidas, acrimonia, solidorum tensio, laceratio, cet., est symptomatum peripneumoniae principium internum.

Ex his principiis atque cauissis alia sunt, quae nocent omnino corpori, vt actio veneni, cacoelyiae, viscidii, acris, vulnus, pressio externa, verbo obices et stimuli, et ea *noxia* appello, vt distinguantur a libertatis et naturae conatus, qui, licet symptomata multa critica v. g. producant, tamen, si non euentu, saltem scopo, sunt utilia morborum principia. Sic venenum deglutitum est vomitus principium, occasio, sed noxia; ventriculi contractio ad id expellendum est principium vomitus eiusdem, sed vtile et salutare.

305. Principia morborum externa sunt vires corporum quorumuis, quae suā pressione, vel actione, valent corporis qualitates, ac functiones, mutare, ita, vt a sanitate recedant; hac pertinent aer, ignis, aqua, anima, fossilia vegetantia, quantum exterius applicantur, aut intra primas vias subsistunt; primae enim viae, notante Pitcairio, quasi extra corpus habentur, seu inter corpora extranea recensentur, si aliunde in eas denegerint, vt vermes, alimenta; nec inter corporis partes recessentur.

306. Morbi alii sunt magni, alii vero parui: morborum vero magnitudo aestimatur ex symptomatum gravitate, intensitate, numero, extensione et duratione.

307. Symptomatum gravitas aestimatur; ceteris paribus, ex usu, seu necessitate organorum, quorum haec symptomata sunt functiones mutatae. Sic palpitatio, syncope, quae cordis motum laesum designant, sunt symptomata grauiora claudicatione, quae motum cruris laesum indicat, in quantum motus cordis ad vitam est magis necessarius motu cruris; quo plures functiones ex viuis organi bono statu pendent, eo illius organi laesio grauior censetur.

308. Intensitas symptomatis ex huius gradibus aestimatur; sic qui duplo, triplio, frequentius respirat altero, is dyspnœam duplo, triplo, intensiorem patitur; qui molem corporis sui duplo tardius, rariusue, mouere valet, is debilitate duplo intensiori affligitur.

309. Numerus symptomatum quo maior est, ceteris paribus, eo maior censetur morbus, siue eadem organa afficiantur, siue diuersa; sic in morbo acuto, si delirium, convulsio, dyspnoea, nausea, febris simul ad sint, morbus maior est, quam si alterutrum adfuerit.

310. Extensio symptomatum eiusdem speciei aestimatur ex numero partium, ab illis detentarum, atque earum spatio; sic scabies totam cutim afficiens, immobilitas omnium artuum, morbum maiorem constituant, quam si pars tantum his afficeretur.

311. Demum duratio seu pertinacia symptomatis, eius magnitudinis, ceteris paribus, mensura est; sic quo diarrhoea longius perseverat, eo maior morbus est.

312. Omnis morbus est imperfectio, adeoque malum; verum omnis mali perceptio intuitiva moeror est in principio intelligentiae et cognoscente, ergo morbum omnem comitantur moeror seu molestia, unde morbus aegritudo *, aegrimonia, nuncupatur; in morbis tamen deliris soporosisque moeror aegri non semper innotescit.

* Aegritudo est status vitae imperfectus, seu imperfecta functionum et qualitatum omnium conspiratio in longeuitatem; duplicit vero generis est aegritudo, materialis, seu virtutum fluidorum et solidorum, si-

ue conspicuum, siue inconspicuum, siue exiguum siue notabile; et aegritudo formalis quae morbus est, seu symptomatum notabilium et connexorum concursum.

313. Homo malum necessario auersatur, quatenus tale ipsi videtur, adeoque in omni aegro datur aegritudinis auersatio, aut quod eodem recidit, sanitatis cupido, quamdiu sanac mentis est, et sanitatem inter bona numerat.

314. Verum perceptio licet confusissima aegritudinis, aut mali, est motiuum, quo ad illud malum abigendum, et pro viribus impugnandum, determinantur facultates motrices; omnes enim cum partium fabrica ad totius conseruationem mire conspirant (123), adeoque cum status partium mutari possit in meliorem a libertate, si de externis agatur, a natura, si de internis quaestio sit, data mutatione morbificā, libertas et natura debent aduersus principia morborum interna insurgere, vt materiem morbificam corrigan, vel eliminent.

315. Conspirant itaque libertas et natura in sanitatem, eum morbis ipsis conficiamur; verum si conspirent inter se, nec tamen simul ad eundem finem collimant materiae morbificae et alia morborum principia, tunc imperfectus est actionum omnium, partiumque, consensus, in quo aegritudo conflit atque a sanitate discrepat (126): non repugnat itaque diuinae bonitati et prouidentiae, dari in nobis principium actionum, quod morbos producat, cum idem principium morborum occasions et materias morbificas impugnare non defiat, sanitatis tutelae et aegritudinis medelae inuigilet.

316. Quoniam vires hominis limitatae sunt (130), possibile est, vt illae ad vires materiae morbificae sint in quacunque ratione: si in ratione aequalitatis fuerint, mors est in procinctu; si vero minores fuerint vires materiae morbificae viribus naturae, eo minus est periculum, quo priores posterioribus minores sunt facultates.

317. In sanitate vires naturales sunt in data ratione ad vires vitales, et utraeque in data ratione ad vires animales, Pitcar. elem. medic. 112: datur etiam certa proportio inter facultates illas, quae sunt harum virium principia. Sic notum est, infantibus vires cordis minores esse, quam vires omnium simul muscularum, circiter ut moles cordis est ad moles aliorum muscularum; et quā ratione crescunt vires cordis in adultis, eadem vires artuum in illis augentur; atque ut

vires cordis, ita et vîres artuum in sensibus pari passu decrescent: idem dictum esto de viribus aliorum organorum.

318. Quoniam potentia motrix, quae velut est virium omnium penus et promptuarium, in diuersas partes distribuitur, vt in cor, pectus, artus, et tamen per aliquot annos in statu sano, data diei horâ, eadem permanet docente experientia, necessum est, vt, quantum virium singulis diebus absuntur, tantum eodem tempore resarciantur; imo paulo magis reparetur, cum adolescentes infantibus validiores euadunt; deinceps vero aetate ingrauecente paulo minus restaretur, cum senibus minores sint vires, quam adultis.

319. Docet vterius experientia alias esse vires actuales ordinarias, quae quotidie in sanitate absuntur, et reparantur; alias vero vires actuales extraordinarias, quae urgente necessitate exeruntur in exercitiis et pathematis fortioribus: atque quo vires actuales maiores simul exeruntur, eo potentiales minores superfunt.

320. Quo maior virium quantitas in quaedam organa mittitur ultra dosin in sanitate consuetam, eo minores sunt vires potentiales, seu eo minor est facultas superficies, atque exsolutioni proximior.

321. Vita est coexistentia actionum cordis et pectoris cum actionibus animae (125); sed ablatâ vi tollitur actio, eaque imminutâ minuitur, adeoque quo propius est exsolutioni facultas, quae est veluti virium promptuarium, eo actionum omnium, adeoque et vitalium imminutio, vel cessatio, seu mors proximius imminet.

322. Facultatis motricis exsolutione malum est physicum omnium maximum, adeoque quod natura maxime cauere debet; ast positis causis morbificis, integratii, circulationi, fluidi neruei secretioni obstantibus, mors etiam imminet, quae auerti vel procrastinari non potest, nisi dispendio virium vitalium, quae has causas morbificas corrigere, vel eliminare, contendant; ergo siue quiescat, siue laboret natura, cum notabilia viscera sunt impedita, atque ad ea liberanda multum virium impendere opus est, hinc et inde periculum est.

323. Datur in anima regimen corporis, seu facultas tum libertatis, tum naturae, ex pluribus motibus, per structuram

corporis possibilibus, eos determinandi, qui utiliores videntur. Sic, nobis etiam inquitis et saepe insciis, illa facultas velo palatino vtitur, tum ad nares posticas obturandas, tum ad alimenta in gulam; aerem in os, vel in nares, dirigenda, atque ea ex illis diuersis motibus, aequo possibilibus, utiliorem pro circumstantiis eligit; eadem vero facultas in morbis oeconomicam animalem regit, atque urgentiori periculo occurrit.

324. Inde sit vt in summis doloribus, qui fluidi nervi penum exhaustirent, si perseverarent, quandoque illico motus cordis multum imminuat, ac veluti sufflaminetur, s. mulique omnes facultates feriantur, fiat syncope, ex qua excitati aegrotantes saepe et doloribus et morbis immunes conualescant; qui si labor et dolor perseverassent, cum summis conatibus illis obiissent. Licet autem syncope malum videatur summe terrificum, et doloribus atrocissimis peius, interea multiplex docet obseruatio, eam motuum et conatum frictionem, vel suspensionem, fuisse plurimis aegris vtilem, et forte ideo in grauiissimis malis phlebotomiam, ad animi deliquium vsque productam, a medicinae patribus olim fuisse multoties et veluti solemniter celebratam, quod paradoxum agendo de morbis synopticis agitabimus.

325. In viscerum infarctibus quandoque tanta offertur cordi resistentia, et tantum motus sanguinis retardatur, vt mors in procincu sit, nisi, quidquid est virium in his resistentis superandis, tollatur, veluti si orificium cordis alterutrum obturetur; certe tunc temporis una salus est, quidquid est virium in corde, fortius contrahendo et obice superando, constanter et vehementer impendere; licet enim ea lucta non semper felicem sortiatur effectum, adeoque eventu sit quandoque noxia, in scopo semper salubris est. Sic si quis hostis ense districto fugientem prosecutatur, et transilienda occurrat fugienti fouea, is eam potius transilire debet rectâ ratione vtens, adeoque lapsus praecepsit periculo incerto se exponere, quam certum aliunde periculum subire. Ratio est facultas, percipiendi nexum veritatum vniuersalium (Wolf. Psychol. 483.); quod autem incertum certo periculum sit antependum, hoc est veritatibus cognitis, adeoque et rationi, consenteum.

326. *Facultas, virtus, et robur aestimantur ex intensitate pressionum, quae possunt exferri, ex velocitate puncti machinae, cui pressio illa applicatur, et ex dura^tione, seu tempore longitudine, quo labor ille perseverat; dicitur etiam potentia absoluta;* Bernoulli hydrodyn. pag. 164. *vires potentiales eam facultatem appellant plurimi.*

327. *Exercitium est impensa virium, quae possunt, intra diem, quiete, somno et pastu, quotidiani, reparari; si vero plus virium impendatur in his actionibus, quam quae intra hoc tempus resarciri valent, labor dicitur; sic febris, asthma, peripneumonia laboribus sunt annumeranda, vnde vulgo agry, febre, asthmate, laborare dicuntur; labor, qui finis aliquius gratia peragitur, dicitur conatus vel molimen; illi vero conditus, qui inducunt maximam desfatigationem, et virium impensam non cito reparabilem, seu, quae potentiam exhaustur, est, violenti nuncupantur.*

328. Penitus exhaustis viribus potentiae motricis, mors adebet; sed quo labor violentior est, eo citius exhauriuntur vires illae; ergo eo citius cessat omnis ja^cchio, et merito aiunt, violentum non esse durable.

329. *Difficultas operis est, ut resistentia obicis directe, et ut potentia motrix inuerse; seu eo quid est difficilis motu, quo ab eadem vi impensa tardius mouetur; et data eadem obicis mole, et resistenti^a absoluta, eo difficilis est, quo facultas, seu potentia motrix, minor est; sic quo maius pondus ab iisdem operariis trahendum est, eo tardius trahitur; et idem pondus ab operario uno, quam a duobus similibus et similiter applicatis, duplo difficilis mouetur.*

330. *Difficultas operis est ut huius tarditas simul, et ut quantitas virium, ad illud exsequendum impensarum; sic si bolus, in oesophago positus, et vi deglutiendus, duplo tardius de-labatur, iisdem viribus impensis, ex eo difficultas deglutitionis duplo maior est; sed si vires simul triplo maiores impendantur, nouies est maior illa difficultas.*

331. *Si obicum mouendorum velocitates a pressione extortae sint ut vires impensae, seu his imminutis viribus velocitas decrebat, et adaugatur, eadem remanet difficultas; errant itaque illi, qui difficultatem ex sola tarditate*

mota, vel ex sola virium impensarum quantitate metiuntur.

332. Si obicis velocitas sit minor, et simul vis impensa maior, difficultas tanto maior est, quo vis impensa maior, et simul obicis minor est velocitas; difficultas autem molestia est principii sentientis, orta ex resistentia mouendi et ex propria motoris debilitate respectiva; neque enim in machinis vna proprie loquendo datur difficultas.

333. Facilitas operis est eo maior, quo velocius mouetur corpus, et quo diutius illud moueri potest circa defatigationem; etenim quo diutius illud constanter sine defatigatione, seu sine facultatis detimento moueri potest, eo maior est facultas, seu motrix potentia; et simul quo velocius illud corpus mouetur, eo minor est illius resistentia, adeoque eo minor est difficultas, seu eo facilitas maior est.

334. Alacritas est illa animae modificatio, qua facilitatem in omnibus operibus, seu functionibus exsequendis intuitu cognoscit; moeror e contra adest, cum difficultatem persentit; atque ut in sanitate adest functionum facilitas, constantia et alacritas, ita in aegritudine difficultas, lassitudo, et moeror adsunt, mania, et aliis morbis deliris, exceptis.

335. In statu sano facultas est maior, et labor seu virium impensa minor, quam in aegritudine.

In sanitate functiones omnes exercentur facile, constanter et alacriter, adeoque sine defatigatione, et multo maiores vires urgente necessitate possunt exerceri, quod notum est omnibus; et in aegritudine tantum quedam functiones exercentur; ceterae vero non possunt exerceri, ut in febrilibus, soporofisque morbis; quedam vero exercentur cum vi solita vel minori, aliae vero nequaquam possunt, ut in paralysi; ergo facultas in toto minor est: in febrilibus et inflammatoriis plures functiones quidem cum summa vi exercentur, ut motus cordis, respiratio; verum non constanter et per plures menses sic possunt exerceri, imo cum summo moerore summaque lassitudine, atque simul motus muscularis artuum difficilis est, adeoque virium impensa in eis maior est, et facultas minor.

336. Morbus eo periculosior est, quo vires caussae noxiae sunt maiores, et facultas naturae minor, eiusque simul conatus maior; etenim malum extremum impendet, si ad aequilibrium accendant vires caussae noxiae et facultas, aut si posterior a prioribus supereretur; verum quo facultas naturae minor est, simulque plus virium suarum impendit, eo facilis est, eam vi caussae noxiae acquari, vel ab illa superari, et tunc eo magis est possibile, ut mors accedat, adeoque (192) ille status tanto periculosior est.

337. Morbus eo breuior futurus est, quo vis materiae morbifica vel caussae noxiae minor est, simulque facultas et eius conatus maiores, et tunc salus est proxima; vel eo breuior est, quo vis materiae morbifica maior est, simulque facultas, et eius conatus minores, et tunc mors est in proximitate.

338. Morborum acuties aestimatur ex eorum breuitate et periculo coniunctis, adeoque acuties aestimatur ex grauitate et intensitate (308); nam quo grauior et intensior est morbus (307. 308.) eo materies morbifica maiores vires obtinet, simulque vires maiores exerit facultas; cum autem facultas sit limitata (316) adeoque eo citius exsolvatur, quo plus virium impendit, eo citius accedit ad aequilibrium cum viribus caussae noxiae, unde breuitas et periculum morbi.

339. Quo plus virium impeditur aduersus caussam noxiham, simulque minores sunt harum virium effectus sensibiles, eo periculum est urgentius. Ligatis in cane ambabus arteriis iliachis, plus virium et maiores conatus exerit animal, quam si alterutra ligaretur; interea tamen cito in priori casu fatiscent motus cordis et arteriarum; respiratio et pulsus, ut frequentiores, interea breui debiliores euadent, quam in altero casu, quia, licet in vtroque casu intendantur vires et conatus ad hunc obicem tollendum, interea plus intenduntur in casu maioris periculi et resistentiae, adeoque citius exhaustur facultas, citoque proinde decrescit vis vitalis, eiusque effectus sensibiles, seu vis pulsus et respiracionis imminentur.

340. Idem alio modo potest ostendi: dispendia virium, quae ex affricitu fiunt, crescunt in ratione duplicata velocitatis fluidorum, quae ab illis viribus mouentur; ita ut vis qua-

drupla alterius non possit impetrare dato fluido velocitatem duplex eius, quam vis simplex impetrat, sed paulo minorem; ergo vires maiores absuntur in maiori ratione, quam minores; verum vires absuntae in affribus non possunt effectus sensibiles in pulsu et respiratione edere; ergo effectuum sensibilium quantitas crescit in minori ratione, quam virium impensa. Sic in agnem ducentibus, licet conatus interni sint vehementissimi, ut patet ex interni caloris intensitate, tamen pulsus est debilis, seu exilis et mollis, quia maxima pars virium absuntur intra cor et maiora vasa, nec, nisi pars eorum exigua superstes, ad arterias minores pertingit, in quibus explorari potest.

341. Si functiones difficulter et moleste exerceantur, datur aegritudo; ideo enim difficulter et moleste exerceantur, vel quia aucta est organorum, vel fluidorum, his inferuentium, resistentia (329), vel immunita facultas, his functionibus exercendis destinata; verum aucta resistentia functiones sunt rarius vel tardius (330) solito, adeoque peccant imminute vel abolite, nisi solito maior fiat virium impensa, qua posita ponitur lassitudo, desfatigatio et infirmitas (Gracis *arrostia*; quae aegritudinis est synonymum); imminuta vero facultate, idem est, ac si resistentia fuisset adaucta; nam si vis hominis duplo minor euadat, is pondus solito duplo difficultius geret; addo, quod, quoties crescit functionum difficultas, anima aegre se habeat, seu molestia afficiatur, adeoque si functiones difficulter exerceantur, datur aegritudo.

342. Vno organo affectio, vires illius organi tantum, atque eorum, quae in ipsum possunt agere, seu huic auxiliari, aut sine quibus organum laesum moueri non potest ob strucuturam partium, debent intendi, ceterae vero minui.

Vires enim sunt mensura vitae (321): debent itaque illae summa cum parcimonia conservari, quae sine facultatis detrimento non possunt absundi; verum ut satisfiat indicationi, defumtae a vitio, seu caussa noxiæ corrigenda, vel eliminanda in dato viscere, debent necessario vires impendi; nam sine viribus nulla mutatio, nec proinde correctio, aut expulsio; si vero vires in aliis visceribus, ad laesam non pertinentibus, adhibeantur more solito, vel copiosius solito, facultas exhaustur: utrique autem scopo satisfit, si vires viles impendantur et in-

utiles supprimantur; v. g. fit repagulum in pulmonari arteria, quod circulationem sanguinis impedit, illud repagulum nequaquam remoueri potest, aut corrigi, atteri, nisi vi cordis et arteriarum adacta, repetita, vel pulmonum validam et alternam constrictione; prior actio palpitationis, posterior suffocationis symptomata producit; tunc autem, urgente mortis periculo, vires artuum minuantur, aegerque frustra ac periculose suas vires in deambulando impenderet, cum in vita protrahenda et obice letifero amouendo sint necessariae, adeoque tunc temporis aeger viribus artuum destituitur.

343. Verum propter structuram cordis et pectoris, non potest iterari illorum valida constrictio, quin alternae fiant eorum dilatationes; nec cordis dexter ventriculus sanguinem vehementius in arteriam pulmonarem trudere, quin sinistram eum in aortam maiori vi trudat; adeoque necessarium est, ut alterna fiat inspiratio, et exspiratio velox, et ut sanguis in arterias, ab aorta proficentes, vberius influat, adeoque ut pulsus vehemens, frequens, euadat, ut calor, tensio, rubedo, sitis, aliaque symptomata superueniant, quia actiones potentiae, motricis in machinam, ab illius machinae structura partim determinantur.

344. Ipsius parcimoniae exempla in omnibus morbis observantur; in febre v. g. vires cordis et arteriarum multum increscunt; ast illico vires stomachi, vires artuum, vires imaginationis, attentionis ad negotia moralia, minuantur, venus filet; in soporosis morbis infarctum est cerebrum aut cerebellum, conatus cerebri et meningum intenduntur, verum ea molimina pendent a viribus cordis; ergo vires cordis saepius intenduntur, ut in apoplexiis; ceteri vero artus, cetera sensuum organa, fluido nerueo defraudantur.

345. In morbis chronicis exigua sunt initio vitia et partibus minus nobilibus nocent, aut earum functiones leuius impediuntur; sicut v. g. lymphatica quedam obstruta in mesenterio, quoniama arteria mesenterica superior decimam sextam circiter sanguinis, aortam subeuntis, partem traicit, atque illius decimae sextae partis vix una centesima eodem tempore fluit per omnes simul sumitas arterias lymphaticas ex ea prominantes, obstruclis omnibus simul illis arteriolis lymphati-

cis, resistentia cordi oblatā non est maior, quam 1600^a pars
resistentiae, quae ab aortā obstrūtā nasceretur, adeoque ob-
strūtā tantum horum lymphaticorum parte decimā, vt ob-
strūctis tribus, quatuorue, mesenterii glandulis, periculum
inde ortum est tantum 1600^a pars periculi, quod ex aortā
obstrūtā nasceretur; non mirum itaque, si exinde non, nisi exi-
guet vix conspicui, conatus exsurgant; verum si dimidia glot-
tidis pars obturetur, quoniam inde dimidia aëris respirandi
pars impeditur, cum respiratio ad vitam sit necessaria, sum-
mum exinde imminet periculum, adeoque summi et viuidi
conatus exsurgunt, seu datur *morbus acutus*.

346. In *chronicis morbis* non inueteratis aegri stant, et
functionibus, etiam moralibus voluntariis, vt artifices suis
operibus, litterati studiis, licet debiliter, incumbunt, quia
paucae vires in cauffā morbificā amoliendā impenduntur, fru-
stra vberius absumentae; et si tunc temporis aliae vrgeant ne-
cessitates, vt vietus parandi, famae sustinendae, vrgentiori
occurrere debent: in *acutis* e contra multum virium impendi-
tur in vito amoliendo, vnde aegris ad standum et externis
negotiis incumbendum, deambulandum, ludendum, cet.,
non suppetunt.

347. In statu fano vires singulis diebus impensaे sunt
totius facultatis, seu virium potentialium, vt aiunt, pars
exigua: in *morbis* autem acutis vires singulis diebus impen-
saे sunt eo maior pars facultatis, quo morbus est grauior, et
quo ab initio suo remotior, seu crisi propior.

348. Initio morbi periculum minus est, quam in vigore,
quia initio facultas fere integra est, et deinceps continuo im-
minuit, vsquequo correclā vel eliminatā cauffā noxiā, na-
tura quiete, somno et cibis copiosioribus vires suas refar-
ciat.

349. Superatā cauffā noxiā, vītrix natura quiescit, et
consuetam virium ac fluidi neruci distributionem sensim re-
fluit; sic in febricitantibus accidente *convalescentiā*, pulsus,
qui plenus, tensus, velox, frequens, adeoque validissimus
fuerat, iam rarus, mollis, parvus evadit, et vires artuum
e contra crescunt, ita vt sensim lechulo suo infidere, in alter-
utrum latus dormire, dein surgere, ambulare, opificis, stu-

diiisque incumbere, acutius audire, cernere, solida alimenta
coquere, cet., valeat.

350. Restituta virium proportione sanà, appetitu vi-
gente, exercitio restituto, sensim facultas, hue usque imminuta,
vires suas integras recuperat, et sic conualecentia in sanita-
tem abit; et superato morbo principali, remanet symptoma
individuum, scilicet infirmitas, quae somno, quiete, exer-
citio, alternis, et debito pafu, tollitur.

Doctrina virium adeo ad diaetam praescribendam, ad
medicaminum, praesertim vehementiorum, usum, nec non ad
morborum theoriam, necessaria, tanti in medicina momenti
est, vt mirum sit, nullas hac de re traditas fuisse ex professo
regulas, quas tamen mechanica hodie ita a medicis commen-
data suppeditat; praecipuas attulimus, quas vereor ne philia-
tri vt obscuriores negligant, et geometrae, vt nimis claras et
cuique obuias, contemnant.

CLAVIS CLASSIVM.

351. Morbi sunt symptomatum notabilium, inuicem con-
nexorum, concursus.

Symptomata magis obuia et simul constantiora agmen-
ducunt, et morborum characterem essentialē constituunt,
eaque vocantur pathognomonica, seu characteristica.

Signa characteristica sunt triplicis ordinis, in functio-
nibus, excretionibus et qualitatibus.

Si pulsus frequens sit, aut re-
specie ad artus validus; seu
si debiles sint artus citra som-
num et sensus imminutionem,
pulsus tamen validus sit, fe-
bris est.

Si febris fit, eaque ut pluri-
mum vehementer cum dolore,
calore intenso, et sanguis in
patellā crustā albescente obdu-
ctus, datur inflammatio, vel
phlegmatisa.

Febris	Continuae. Remittentes. Intermittentes. Exanthematosae. Membranosae. Parenchymato- sae.
--------	---

Si musculi, voluntati subditis, inuitu homine fortius contrahantur, quam ab eius robore et circumstantiis exspectandum est, ac voluntati non subditis solito fortius contrahantur, spasmus est.

Si praecipuum symptoma sit respiratio frequens, difficultas, *Anhelationes anhelatio* dicitur.

Si facultas, mouendi partes voluntati subditas, et simul facultas sentiendi in organis, tum simul, tum seorsim, deficiat, debilitas est.

Cum praecipuum symptoma est molesta sensatio, qualis a punctura, distractio, dolor adest, vel algema.

Quando praecipuum symptoma consistit in iudicio, imaginatione, voluntate, aut cupidine, depravatis, *vesania* est, sic dicta, quod illae facultates sanæ non sint.

Si continenda, potissimum fluida, foras vel frequentius, vel copiosius, vel aliena a statu sano eiiciantur, *evacuatio* est, vel *fluxus*.

Si praecipuum symptoma fit qualitas mutata (136) quoad volumen, superficiem, color, *cachexia* est.

<i>Spasmi</i>	Tonici partiales.
	Tonici generales.
	Clonici partiales.
	Clonici generales.
<i>Debilitates</i>	Spasmodicae.
	Oppressivæ.
	Dysæsthesiae.
	Anepithymiae.
	Dyscinesiae.
	Lipopsychiae,
	Comata,
	Vagi.
<i>Dolores</i>	Capitis.
	Thoracis.
	Abdominis.
	Artuum.
	Hallucinationes.
<i>Vesaniae</i>	Deliria.
	Morositates.
	Sanguifluxus.
<i>Fluxus</i>	Aluifluxus.
	Serifluxus.
	Aërifluxus.
	Macies.
	Tumores.
<i>Cachexiae</i>	Hydrops.
	Tubera.
	Impetigines.
	Decolorationes.

Vitiorum, seu morborum pathologicorum, qui nihil aliud sunt, nisi morborum proprie dictorum elementa, in nostra pathologiâ historiam dedimus; talia sunt vlcus, vulnus, fractura, luxatio, tumor, excrecentia, maculae, cet., de quibus fuse tractant medico-chirurgi; principia interna morborum, vt vermes, calculos, fluida effusa, cet., e morborum censu ablegamus.

Methodus morbi detegendi. *

Quoniam ea signa sunt omnium optima, quae secum gerit aegrotans, seu quae morbo sunt intrinseca, ex hoc fonte signa morborum potissimum sunt deducenda; ea autem sunt vel morborum principia, vt cauffa, occasio, sedes, materia, cet., quatenus intus latent; vel phaenomena, seu symptomata, sensibus aegri aut medici obvia; atque euidens est, non ex principiis, sed ex symptomatibus, morborum characteres esse deducendos.

Quae autem sunt aegritudini extrinseca, vt regio, tempestas, aer, cibus et potus, applicata, cet., ea quidem signa morbi suppeditare possunt, sed non primaria et pathognomonica, quae tamen nequaquam in individuo negligenda.

Vt signa intrinseca obtineat medicus, is perspectos habere debet characteres omnium classium distinctissimos, id est, non notas solum symptomatis alicuius nosse sufficit, vt febris; verum etiam harum notarum notas dignoscatur, opus est, quid v. g. sit calor, eiusque gradus, ac diuersi graduum efflus, ac gradus caloris medijs, cuique aetati ac temperamento familiaris; quid pulsus, quænam aetati ac temperamento cuique est nativa et consueta eius frequentia; ea vero omnia ex physiologiâ, tum historicâ, tum philosophicâ, deriuantur.

Quoniam de morbis agitur proprie dictis, seu quales in praxi aestimantur, ab illis apprime distinguenda sunt vitia simplicia vel parui momenti, vt naevi, verrucae, vulnuscula, maculae, quae summo nominum abusu pro morbis in pathologiâ venditantur, et quae principiis tantum morborum, vel eorum elementis, si interna fuerint, annumeramus: si vero externa, pro symptomatibus simplicibus et vix notabilibus ha-

* [Cf. Syst. aegrit. T. I, pag. 284 sq.]

bentur, nisi, cum aliis notabilioribus combinata, syndromen morbosam constituerint.

Cum semel perspectae fuerint octo combinationes symptomatum, quae classes designant, imo ordinum viginti septem, in quos illae classes subdividuntur, attente considerandum est in aegro, quaenam sint illius symptomata praecipua, de quibus aeger ipse conqueritur; ea etenim modo fuerint constantia, et ultra morbi initium perseverent, characterem morbi constituunt.

Symptomata vero alia morbis acutis communia sunt, alia vero chronicis, adeoque classes plures, non unam, designant, vnde illis non adhaerendum est, sed ulterius progrediendum: sic lassitudo spontanea, cacofitia, moeror, debilitas, laboris soliti auersatio, rigor et horror, capitis grauitas, morbos febriles, inflammatorios, dolorificos, acutos, euacuatorios indiscriminatim praenunciant; hinc fit, vt in praeludio morbi genus non ita facile distinguatur, tunc autem a symptomatis praecipuis desumuntur indicationes et praescribuntur auxilia, hisce classibus communia, generalia dicta, vt diaeta tenuis, quies, venae secilio, iulapia, usquequo symptomata pathognomonica morbum quaesitum prodiderint.

Nullus fere morbus est, quin fingi possit, seu cuius symptomata voluntas non excitet, si vehementer saltem cupuerit, et impostor in hisce veteratoriis artibus rudis non fuerit; etenim, non obseruante solum *Pareo*, mendici lepram, hydrocelem, elephantiasin, auriginem, mutitatem, procidentiam ani, vteri, carcinoma, tibiarum ulcera fingunt; verum noua morborum genera multi vasri solertissime mentiuntur, vt colicam ab angue intra abdomen latitante, vampirismum, sagarum daemonomaniam, obseruante *Goridello Hyst. plant.*, *Gaffendo*, aliisque: epilepsiam fanatici, conuulsiones omnimodas alii fingunt: vidi infantulam, quae, vt matri suae magnum moerorem incuteret, per dies quindecim grauem morbum, miris symptomatis slipatum, mentita est. Nobilis matrona, vt, quid de se sentirent amicae et aemulæ, compiperit, hemiplegiam per mensem dexterime fixit. Sunt, qui medicos mentita asphyxiæ deludant. Ancilla, ex urbe cum suâ herâ excedere recusans, alio, in podicem intruso, fe-

brem fibi conciliabat. Morbos vesanas, dolorificos, et quoque
quot ex aegrorum relatu detegere consueuimus, pro lubitu
imitantur astuti. Haematemesin, largius hausto cruento bu-
bulo, assimulabat puella, ut ex coenobio dimitteretur: tussim,
singultum, nauseam, sternutationem, ipsi pueruli norunt imi-
tari; unde, nisi vafritem calliditatem suam detegat et retundat
medicus, simulatos et fictitos morbos pro veris habebit.

Qui vero symptomatum concursus apprime nouit medici-
cus, illa vaframenta facile comperiet, ex eo, quod imposto-
res symptomata, ex partium nexus nequaquam dependentia,
seu nequaquam inuicem connexa, referant; si medicus ipsis fi-
dem praebere simulans, eos solerter interrogauerit; si graues
operationes chirurgicas, et mochlica euacuantia praescriperit,
is versipellem aegrotantem facile deludet.

Inuentum in morbis non simulatis symptomatum grauior-
rum combinatione, classis, ad quam morbus attinet, sponte
patet, eodemque pacto ordo detegitur; atque comparatis hu-
ius generibus, non difficile est, ad morbi oblati genus deuenire.
Mulier humi strata inuenta est sensus omnis motusque vo-
luntarii expers, cum palso pleno, molli, respiratione flerto-
rosa, et profundi soporis specie; quisque in classium et ordi-
num characteribus versatus, morbi classem sextam huiusque
ordinem, qui comatosos seu soporosos morbos continet, sta-
tim adibit, atque sic ex viginti septem morborum ordinibus
unicus ipsis venit examinandus, seu mediante hac methodo
vigefimam tantum inquisitionis et laboris partem habet exant-
landam; dein vero, quoniam hic morbus inter decem huius
generis ordines reperiundus est, singula genera debent exa-
mini subiici, atque ex soporis altitudine, flertore, et omnium
artuum flexibilitate, aegrum apoplexiæ laborare facile
comperiet; verum cum apoplexiæ plures sint species, reli-
quum est, ut medicus inquirat, num ex lapsu, iœlu, vel cranii
fractura, commotione, num vero ex cacochyliâ, febrilem ca-
pitis infarctum excitante, num ex plethora commotâ, cet.,
haec apoplexiæ species orta fuerit, quod ex sedulâ capitis de-
rasi et manibus contrectati, linguae, faciei, circumstantia-
rum inspectione, et sagaci adstantium interrogacione, ac de-
mum ingeniosa cauſarum et principiorum coniecurâ compe-

riet; detecto genere ex 270 laboris partibus vnica supereft, si fuerint euique ordini genera deq[ue]nt; ac si cujque generi decem fuerint species, ex 2700 speciebus morborum vnica quaefita sic tuto facileque determinatur.

Qui vero alia methodo, vt anatomica vel aetiologicala, vsus fuerit, is numquam, nisi longa prius experientia fuerit edoclus, aut a praecessoribus per traditionem eruditus, sine alterius ope partem affectam detecturus est, cum in apoplexia generica cerebri vel cerebelli hanc vel illam partem affaci nihil certo demonstret; in syncope siquidem aeger sensus omnis et motus est expers, nec cerebrum affectum supponitur; dein vero, vtrum cerebrum sit primario, vel secundario, affectum, decidendum est ante quam morbi quaefiti nomen innotescat; verum illa distinctio ex ratiocinio, saepius coniecturali et fallaci, deriuanda venit; demum nullus est his methodis addiclus, qui species distinctas aut sufficienti numero proponat, vnde noua confusio,

Non me latet interea, in hacce nostra methodo, quam Sydenhamianam, aut etiam Platerianam, vtpote a Felice Platero, quondam Basileensi Professore et Archiatro, fere delineatam, rectius appellarem, maximas superesse in detegenda morbi specie difficultates; verum illae non tam sunt methodo adscribendae, quam medicorum incuriae, ratione cuius non accuratae et distinctae singularium specierum huc usque traditae sunt descriptions, ex symptomatis petitae; nouae siquidem quotidie in praxi occurrent, quibus tamen simillimas ab aliis obseruatas esse, statuere non dubito, in quibus cespitant et haerent, qui earum historiam, definiendi modum, symptomatum connexionem, ignorantis in therapeia necessario caligant; atque, quod maxime dolendum est, vix vili fuit medici, qui eas species, non, nisi cum summo aegrorum periculo ab aliis ignoratas, scriptis mandare, et cum aliis communicare current: si vero illud vigeret inter solertes morborum obseruatores, quod inter botanicos, amicum et affiduum commercium, nullus dubito, quin nosologia breui tempore ad eum perfectionis gradum assigeret, quo hodierna gloriatur botanica.

 LECTORI PHILIATRO.

MAGNVM opus aggredior, cuique exsequendo vires meae nequaquam sufficiunturae sunt. Huius perficiendi causâ *Baglivi*us academiam medicam instituendam esse censebat, huiusque statuta et leges proposuerat. Huius operis utilitatem, imo necessitatem, antea magnus *Sydenhamus* praedicauerat, sed frustra. Nullus inuentus est, qui illud negotium in se suscipere voluerit. [Post *Sauvagesium* iam plures hoc negotium in se suscepérunt. Excito b. *Linnaeum*, b. *Vogelium*, *Cullenum*, *Sagar*, *Macbride*, *Vitet*, *Haartmannum*, *de Meza*, me ipsum.

Culleni labor, inscr. *Synopsis nosologiae methodicae*, ed. 2. Luggd. Bat. 1772. 8. et Amst. 1775. 4. comprehendit *Sauvagesii*, *Linnaei*, *Vogelii*, sui ipsius et *Sagari* labores.

Sagari labor inscr. *Systema morborum symptomaticum*. Vind. 1776. 8. ed. 2. ib. 1783. 8. 2. Tom.

Macbride ex angl. versus; *System. Einleitung in die theor. u. pract. Arzneikunst*. 2. Th. Leipz. 1773. 8. et latine ib. 1780. 8.

Vitet edidit Lugduni 1778. 4. *Pharmacopee de Lyon*, ou exposition méthodique des medicaments. Adnexa est: *Table méthodique des classes, des genres, et des espèces des maladies*.

J. J. Haartmann *sciagraphiam morborum* edidit Aboae 1779 sq. 8.

S. Th. de *Meza* *compendium medicinae practicae*, distributum per fasciculos edidit. Vol. I — VII. Hafn. 1780 sq. 8.

Ipsa *Systema aegritudinum* edidi, conditum per nosologiam, pathologiam, et symptomatologiam, aetiologyae superstratas. Lips. 1781. 8. T. 2. Hal. 1782. 8.]

Idem est institutum, quod *triginta* abhinc annis, iuuenili audaciâ, animo conceperam, de quo sic scribebat summus *Boerhaave*. „Institutum egregium de ordinandis in classes „morbis laudo, opus quippe ut laboriosum, ita et vtile; acre „iudicium, copiam studii medici sumam, sapientiam denique „pari cum diligentia coniunctam hercule requirens; ordo enim

„vero perplacet. . . . apposite vero Deum deprecabatur, vt animos vitamque sufficeret, quo tantis par essem.

Aetate prouectior operis utilitatem eo clarius sentio; verum et difficultas non minor est; mille et octingentae morborum species,* praeter quadringentas affectiones varietas, sunt describendae, et suis quaque characteribus designandae, cuique apponenda sunt selectiora nomina, genus adscriendum, theoria breuis praefigenda, curatio conueniens addenda; nemo solus huic oneri sustinendo par est.

Vnum, aut alterum, genus tractans, *Mortonus* vires et vitam absunxit; *Trillerus* et *Verna* in altero toti fuerunt. *Lind* scorbutum, *Afrucius* syphilidem, alii alia genera elaborauere; verum nemo classem, quā par est, methodo adornauit. Omnes itaque non perficiendas, sed tantummodo delineandas, in me sumo, vt cuique pateat, quot et quanta sint, quae in medicinā adhucdum desiderantur, [Longe facilius ex nostro labore, quam e *Sauvagesio* hocce constat, quae aegritudinum species adhuc desiderentur describendae. Quare eum saltem in finem consulant, velim, vt incrementum medicinae promoueatur.] eo fine, vt quisque, artis suae promouendae cupidus, quae deficiunt, supplere queat.

Quisque Clinicus, quas obseruat aegritudines individuas, eas in usum suum describat, et ad genus speciemque reducat, omnino necessum est, primis saltem praeceos annis, si suo munere recte defungi cupiat. Ut autem id exsequatur, necessum est, vt in auctoribus eiusdem morbi historiam et characteres inuestiget, adeoque descriptioni suae historiam ab his confignatam conferat; quod ita difficile est, vt, decem morborum speciebus obseruatis, vix unam, in auctoribus recte descriptam, inuenire detur. Ille ergo auctorum defectus nouo labore vindicandus est, et ex multis eiusdem speciei historiis individuus speciei character est eruendus.

Ex multis eiusdem morbi individuis relationibus speciei character erui non potest, nisi ab illis historiis seponantur, quae-

* [Obstupescet tirō, attamen in thodo sic posset imminui, vt 30 vi-
praef. Syst. agr. T. II. p. 23. pro- deantur esse. En nosologiae utili-
posui, numerum aegritudinum esse tatem!
probabilis conjectura 12420, qui me-]

cumque ad theoriam afferant, et quaecumque mera sunt accidentia, ex aegri vel medici errore oriunda; quod quamarduum sit, nemo non videt; imo ut historiographus hanc speciem ab aliis eiusdem generis distinguat, alias cognoscat, opus est; operae itaque pretium erat, eiusdem generis omnes species, saltem delineatas, exhibere, ut singularium comparatione characteres cuique proprii possent assignari.

Medici qui ignotum * morbum curandum habent, quive eius euentum, progrediendi modum, mutationesque ipsi ordinariae ignorant, confiteri debent cum Anglo Hippocrate, Sydenhamo, se in tenebris inter scopulos versari, aegrumque tamdiu de vita sua periclitari, quam nulla theoria, nullaque sagacitas sufficiat ad illius morbi euentum et progressum diuinandum; is saepe timebit subitam mutationem, eique totis viribus obfuset, a qua tamen salus aegrotantis pendet; is naturae cognatus salutiferos turbabit, nouos et noxios excitat, et quandam cunctandam sit, aut agendum, prorsus ignorabit.

Cum de proprio, aut parentis, aut nati, corio agitur, nullum est pretium, quo historiam morbi curandi non redimere vellet medicus, quā, veluti pyxide nauticā, in procelloso

* Ignotus morbus medico esse potest, aut propter theoriae difficultates, aut propter ipsius inficiatam, ut ita dicam. Theoria v. g. inde a Sydenhamo statuit, dari morbos stationarios, aut intercurrentes etiam, qui aut tamquam hic, aut tamquam epidemicī, curandi sint, et, quandom geniū epidemiāe non sit constitutus, periclitari aegrotos. Sic v. g. voluerunt, vt, si variola graffaretur, pleuritis facile vario- lae instar decurreret, quin instar eius curanda esset. At sic theoria manca; vera, observationibus nixa, potius sic statuit. Si variola est gastrica, pleuritis gastrica, vterque morbus similem curationem vult, quae morbo gastrico conuenit; quodsi variola est gastrica, pleuritis plethorica, quidni curatio posset conuenire? -- Quodsi

quis variolam v. g. solum censet esse aut confluentem, aut solitariam, omnem autem eamdem habet, siue sit gastrica, siue putrida, rel. aut si quis omnes phlegmasias censet esse genuinas, nullas putridas, neruosas, aut si haemoptysiu omnem ex pectorē oriundam arbitrat, rel. is certe ex infictia ignotos morbos curat, nec medici non men meretur.

Si fatendum, quod res est, Aut labor medicos plurimos attentos reddidit, vt ignotos morbos agnoscerent, atque ideo cum voluptate quadam hunc labore in me suscepit, vt noua editio forte tirones exicit, quo facilius genium aegritudinum perspiciant, quo peripecia curatio facilis est: modo a praeconceptis opinionibus se liberent.]

praxeos mari dirigi posset; qui enim in morbo paroxysmōs, crīses, aliasque mutationes historiā edoqūs praeuidet, ille plus prodest, etiam nihil agendo, quam qui haec ignorat, multa fine scopo, fine ordine suscipiendo.

Vnica fere in quoquis morbo via est, qua natura a dato morbo liberare se consueuit, vt in peste per bubonum eruptiōnem; in variola per pustularum suppurationem; in tritaeo-phya ardenti per diarrhoeam biliosam: solus itaque medicus, qui historia huius speciei instructus nouit hanc determinatam viam, potest eo versus conatus suos dirigere, viamque salubre naturae parare; qui vero hanc viam ignorat, non, nisi fortuito, ipsam prosequetur, et cum e bene multis haec sola tuta sit, periculosa aliam quamcumque verosimiliter infistet, aut mutato in his dubiis conflio, naturae motus continuo perturbabit.

Nihil itaque nostra magis resert, nisi, vt cuiusuis morbi obui historiam calleamus, cum huius ignorantia nullis theoriis, nullo studio, suppleri possit, et hac ignotā aeger in certo vitae discrimine versetur; si enim decem sint modi aequē possibiles, quibus datus morbus terminari possit, et vnicus tantum ex illis in salutem ducat, hoc ignorato non minus timendum est pro aegri salute, quam si ea ludo aleae decidenda veniret, et ex decem casibus aequē possibilibus, nouem exitium, vnicus salutem, allaturus esset.

Ea itaque consideratio debet omnes medicos ad historiam morborum promouendam incitare, maxime si respiciant ad utilitatem, quam ex praegressorum medicorum laboribus, et periculis, huius historiae solius ope, excerpturi sint; numerosas quidem habemus^{pro} singulis morbis non formulas solum medicaminum, sed etiam, quod praestat, medendi methodos; verum idem medicis accidit, quod botanicis; millenae tribuuntur cuique herbae a Plinio, Dioscoride, aliisque veteribus, virtutes; verum ea omnia sunt nobis inutilia, quamdui, de qua herba praedicentur haec miracula, nescimus. Quid autem sit Plinii althaea, Dioscoridis rhabarbarum, Homeri neuenthe, aliaeque innumerae plantae, certe determinare non potuere eruditii, qui a trecentis retro annis summā contentione, et accuratā critica hanc inquisitionem ad bene multa volumina

deduxere, vt *Mathiolus*, *Dalechampius*; ita, vt, reiecto tam vano labore, nuperi coacti fuerint, plantarum descriptiones characteresque ab integro elaborare, notas et nomina figere, vt, quidquid in futurum de earum virtutibus constiterit, ad seros nepotes certo transmitti posset.

Idem haud dubie medicis labor exantandus incumbit; immensa siquidem quae prostant de medicaminum virtutibus volumina, in quibus ad hunc illumue morbum sanandum certa nobis promittuntur auxilia, nobis inutilia prorsus sunt, quia quid intelligent per hunc vel illum, quem nominauere, morbum, hodie nemo potest intelligere; quippe mera sunt morbi, vt medicaminis, nomina, descriptiones vero nullae, aut ad summum genericae; vnde confusa et conjecturalis exsurgit tantum cognitio.

Frustra nominantur morbi, nisi descriptione fixa determinantur; descriptionis defectu ignoramus huc usque, quid sint morbi plurimi, ab *Hippocrate* nuncupati, vt *typhus*, *pachy*, *auante*, *phrontis*, *phoenicie*, *leuce*, *hippouri*, *pherea*; quid *Plinii* gemurfa, aliisque innumeri; nec descriptio individui morbi sufficit, quippe quae speciem non definit: ergo nobis incumbit, vt non individuos solum morbos accurate describamus, sed vt ex numerosis individuorum historiis, speciei cuiusque characterem eruamus. *

Si nomine proprio non designetur morbus, eius cognitio obscura est, vel confusa; sic ignoramus fere quid sint morbi ab *Hippocrate* descripsi, quibus nullum nomen impofuit, vt *morbus Scytharum*, quem irata *Venus* vrania immitibat; quid *magni splenes*; quid *morbus niger*, *morbus ructuosus*, quos certius cognosceremus, si ad melancholiā, scorbutūm, melaenam, aliae genera nominibus definitis insinuita, eos retulisset.

* { Ininde patet, non tantam omnino utilitatem e veterum lectio- ne, et comparatione morborum, ab illis commemoratorum, cum recentioribus descriptionibus esse expe- standam, quantum non pauci ar- bitrantur. Nihilominus manet ye-

teribus sua laus, et utilitas lec- tio- nis veterum aliunde patet. Parum tamen vere adiuuamur signis aegri- tudinum diagnosticis, et prognosticis, quum lateat saepe, quem vere mor- bum intellexerint,

Ophthalmiae nomine quemcumque oculorum morbum dolore, rubore, notatum intellexere veteres, atque in hocce genere morbi centena diuersarum certe virtutum remedia laudauerunt, vt emollientia, detersiva, corrovia, repercutientia, exficiantia, attrahentia, quorum quisnam et quo tempore vsus esse debeat, prorsus ignoramus; inanis est itaque veterum labor in recensendis et inquirendis tot remedii, quippe in quā specie, et in quo huius stadio adhibenda sint, ignoramus; nec enim sibi quis persuadere poterit, in ophthalmiā chemosi aquam rosarum sufficere, quae ad ophthalmiam taraxim sufficit, nec in ophthalmiā syphiliticā curandā quidquam profecisset Sloanei collyrium, cuius interuentu immensas opes fecueratum esse, fatetur auētor; quid vero boni in ophthalmiā internā praestitissent millena collyria, quae retinae inflammationem non attigissent, aut exacerbassent?

Cum itaque diuersa tantum diuersis speciebus remedia competant, et pro diuersis eiusdem generis speciebus quandoque contraria prorsus sint necessaria, euidens est, curationes promiscuas, quae vni generi adscribuntur, non vero cuique speciei propriae sunt, esse, si non periculosas, saltem inutiles; et multo plus profecisse solum *Saint-Yves*, qui cuique ophthalmiae speciei propria assignauit remedia, quam tota Graecorum, Arabum et neotericorum turba, quae confusam, multiplicemque medelam, non distinctis speciebus, summo labore scriptis confignauit.

Species vero cuiusque generis determinare, hoc opus, hic labor est. Multi sunt auētores, qui, logices ignari, tot genera statuunt, quot species; vt qui idem genus in ophthalmiam, taraxim, chemosim, seu totidem genera diuidunt, nec non qui diuersorum generum species sub eodem generico nomine reponunt; sic typhi nomine medici Cnidii descripsere febrem continuam, vulgo malignam dictam, nec non tritaeophyam ardentem, rheumatismi, diarrhoeae, et demum anasarcae speciem, quos ideo, tamquam ineptae diuisionis auētores, vituperat *Hippocrates*.

Falsa sunt, aut saltem inutilia, quae circa genus morbi traduntur, vulgo prognostica et diagnostica, signa, quoties ea tantum de vnā aut alterā specie vera sunt; sic si quis de

variola in genere proferat, quod morbus sit grauis, periculosis, et summa artis magistri cautela tractandus, falsa profert, cum variola benigna sine ullo medici auxilio, aegroque per viros obambulante sanetur; atque cum eum errorem ferme in omnibus morborum historiis admiserint autores, exceptis paucis nuperis, non mirum, si ars medica nullos per viginti secula progressus fecerit, cum botanica, intra dimidium seculum a methodicis exulta, ad scientiae decus et certitudinem sua fuit, ac foecundissima simul et facillima evasit.

Scholastica itaque praeiudicia exuant medici, et consuetudinem ac usum, rationis loco, ne sequantur; abusus longiori usu ne confirmetur; theoria etenim, qua duci se patiuntur, cum hoc usque falsa fuerit, et adhucdum in multis obscura, aut dubia, minime praestare potest eam evidentiam et certitudinem, quae requiritur, ubi de vita et salute hominum mercedandum est, et quam ipsa non habet. Theoria quiden utilis est, ut hypothesis in physica, non ad probandam thesim, ut perperam putant quidam philosophi, sed ad verum indagandum, ut solemne est geometris, qui ex falsa suppositione ad problematum solutionem perueniunt.

Illustrissimus omniumque huius aeuī sagacissimus, experimentator, D. Hales, fatetur, se post millena capta in corpore animalium experimenta toties hallucinatum esse, quoties facta praeuidere, et veluti diuinare voluerit, ita, ut theoria et analogia eum saepius deceperint, in rebus tamen, ad quas vi-sus et tactus eum dirigebant. Quanto saepius hallucinantur medici, qui, non consulta experientia, et sola theoria duce, quid fiat in corporis humani penetralibus, determinare audent, ipsi physices, hydrodynamics et logices non raro ignari, atque hypothesisibus, aut principiis evidenter falsis innixi. Oh! chemici, humoristae, mechanici toties delusi, numquam fatebimini cognitionem historicam praecedere debere, et insidiā ducem esse theoriam?

Duplex est cuiusvis morbi character, scilicet *fætidius*, et methodo cuique proprius; alter vero *descriptius*, et cuique methodo communis; ex eo, quod genus, v. g. ileus, in dolorificorum topicorum ordine reponatur, intelligitur illud dolore partis singularis et fixo stipari; adeoque illud in cha-

raclere repetere superfluum est, sufficitque addere alia duo symptomata, scilicet foetidam vomitionem, et alii constipationem, vt ab aliis eiusdem ordinis, scilicet a colicā, gastrodynā, cet., distinguatur; et hic est character factitius, a methodo arbitriā pendens: si vero character descriptius desideretur, eius historia tradenda est, cuius ope, in quacumque classe reponatur, dignosci possit, vt inter euacuatorios, inter abdominales, acutos, humorales, prout cuique similes classes instituere placuerit. [Hanc legem A. sequens multa refecui, quae, eamdem iterum negligens, repetit: atque in de-nuo appositis speciebus retinui.]

Si miles in suā cohorte, determinatis vestibus insignitiā, agnoscī debeat, solusque fit in ea v. g. crispus, aut resimus, eius character factitius ex crispatura, vel similitudine cum insignibus cohortis eruitur; ast si in exercitu confuso, depositis insignibus, cuique cohorti propriis, detegendus foret, praeter hunc characterem requireretur signatura, seu character descriptiuus, quo ab aliis, eodem nasi vitio, aut capillorum ēadieni crispaturā affectis, distingui posset; ita in quoquis genere, et quaque specie praeter characterem factitium classis et ordinis, requiritur descriptio, seu signatura, quā possit ab aliis internosci, et vterque character in bene multis morbis adhuc desideratur.

Historia differt a *signaturā* in eo, quod 1º historia tradit phænomena morbi eodem ordine, quo in aegrotis adueniunt; per horas in peracutis, per dies in acutis, per menses in chronicis; atque historiam morbi traditurus debet 2º obseruare, ne terminis metaphoricis lectori sūcum faciat; 3º ne plus referat, quam quod in sensu incurrit, seu quod idem est, ne quod iudicat de causa, principio, internā sede morbi, vñquam cum factis confundat, aut commisceat; dissimilis in hoc vulgo qui medico interroganti, quid mali sentiant, suam de eius mali causa opinionem in phænomenorum locum obtrudunt, et conatum, stomachi aperturam, similiaque inania verba incidunt, cum deberent tantummodo respondere, se aliqua parte dolere, vomere, aut aliud quid experiri.

In signatura vero non eo, quo apparuerunt, ordine phænomena recensenda sunt, sed eo, quo ab aliis congeneribus

morbis distingui queant; sic cum in historia aegri aetas, sexus, temperamentum, viclus, vitae, seu artis ratio, medicaminum successus, iuuantia et laudentia, debent accurate et scrupulose recenseri; in signature nil eorum referri debet, nisi quod ad eum ab aliis determinandum sufficit; cum autem omnia phaenomena possint reduci ad *actiones animae*, vt sensum, intellectum, cupiditates, voluntates et motus; ad *functiones* naturales, vt respirationem, pulsum; ad *excretiones*, vt alii diectionem, vrinæ emissionem, et ad *qualitates*, vt colorum, saporem, figuram, cet.; eodem etiam ordine phaenomena characteristicæ recenseri possunt.

In historia morborum desideratur *pianax*, seu catalogus nominum synynomorum, quibus praecipui auctores eamdem morbi speciem designauere cum citatione operis, ubi illius descripçio fuit tradita: horum enim auctorum ope potest quisque medicus, quam obseruat, speciem cum descriptis speciebus conferre, vt similitudinem, aut differentiam, prognosin, atque curam ex illis mutuetur, atque ex pluribus simul collatis historiis characterem specificum determininet, optimamque medendi methodum feligat.

Nec inutile foret, diuersam eiusdem morbi theoriam, pro diueritate seclarum, considerare, adeoque theoriam Galenicam, chemicam, pneumaticam, mechanicam, Stahlianam, inuicem componere, quae saepe nomine tenus discrepant; verum diuersam pro diuersis regionibus et seculis medendi methodum examinare, multo utilius esset, quarum methodorum specimena passim addiciam.

De nomenclatura generum fuse egî in primâ parte; quod vero nomina specialia attinet, ea duplicitis sunt ordinis; alia scilicet *characteristica* sunt, quae veram speciei definitionem comprehendunt, seu speciei cognoscendæ, et ab aliis distinguendæ sufficiunt, qualia pro viribus in primâ classe adhibui; ea minime sunt arbitria, sed in usu et commercio præ longitudine vix usurpanda; ast ad signandos morbos necessaria, ut signaturæ ad militem agnoscendum.

Alia vero sunt *trivialia*, quae breuitate sunt solum commendanda, adeoque in usu loquendi perquam commoda, vt *apoplexia pituitosa*, *diarrhoa biliosa*, cet., quae ut plurimum

nihil distincti et clari per se denotant, et vel nomen characteristicum, vel descriptionem annexam requirunt; sic apud milites cuique nomen militare tribuitur, ipsi proprium et breve, sed cuius ope, ni signatura suppetret, vix detegi posset datum miles; quod tamen in ordinario usu necessario usurpanendum est. In his vero imponendis regulae logicae superioris vix feruari possunt, quia non meliora, sed magis usitata simul ac breuiora epitheta necessario feligenda sunt.

Verum in stabiliebus nominibus characteristicis eadem regulae exigunt, ut nomina 1^o a phaenomenis tantum implicantur: 2^o ut sine tropis et figuris rhetorices per verba propria, simplicia exprimantur: 3^o ut numquam ab iis, quae sunt abdita, ut fides interna, caussa, principium morbi, repetantur; multo minus a regione, aetate, sexu, tempestate, deducantur; 4^o ut a qualitatibus absolutis, ne vero a relationis, deriuentur; cum enim ea nomina ad morbum detegendum, eiusque speciem determinandam conferre debeant, ea nequaquam debent cognitum supponere, quod inquiritur, nec quidquam referre, nisi quod in ipso aegro phaenomenis expressum potest reperiri; neque in aegro videre est, utrum apoplexia sit leuior altera, vel grauior; utrum colica sit in mesenterio, vel in ileo; utrum sit cholera Indica, vel Europea; utrum morbus sit virgineus, vel morbus puerperae, cum Europeus eodem, quo Indicus, et virgo eodem, quo gruida, ac reciproce, morbo possit affici: verbo, nihil in charactere, nec proinde in nomine characteristico, potest admitti, nisi quod simplex attentio ad phaenomena, sensibus obvia, potest edocere; et id omne, quod imaginando, aut ratiocinando, adesse intelligimus, id totum ad theoriam seorsim debet amandari. [Neque tamen his regulis satisfecit ipse Sauv., neque expedit, his satisferi, nec facile potest, nisi noua verba producere voluerimus, quod non facile licet. Sic nomen *febris*, *dysenteriae*, *phlegmasiae*, non omnino sec. n. 1. a phaenomenis tantum desuntum est, nec figurae expers omnino est sec. n. 2., nec praedicata *febris*, *gastrica*, *plethora*, *tritaeophya hepatica*, rel. ita sunt composita, ut respondeant regulae 3. — Ipse etiam Sauv. regulae 4. contraria ratione non raro de aegritudinibus Indorum, virginum, puerarum, locutus est.

Quidni potest subinde virgo, puerpera, vir, senex, aegritudinibus laborare subiectius, quibus nulla, vel sexus, vel aetas, alia, subiacere potest, vt character omnino instructius inde desumi possit. — Pertinent proprie eiusmodi dicta ad nosologiae dialecticen, et sufficiet, quod modo auctores his regulis satisficerent, si explendae essent. Quamdui autem dialectica eiusmodi nondum proflat, vt haec attendant posteri, retineo.]

Finem faciam mutuatis verbis illustriss. *Gaubii* in *pathologiae* sic loquentis: „Ex quibus apparet, non esse, cur desperant medici, fore aliquando, vt ingens morborum humanorum numerus, exemplo ab historiae naturalis scriptoribus petito, in ordinem systematicum redigatur, qui ab omni hypothesi sectarumque commento liber, sola nixus fidei obseruatione, classes, genera, species exhibeat, suis singula characteribus, certis, manifestis, plenis, interfinita. Specimina, iam a recentioribus edita potius in spem erigunt, tentaminibus multiplicatis haud defuturos successus, remque tanti momenti, ac bonis ideo omnibus optatissimam, sic tandem feliciter perfectum iri, vt non in nominibus duntaxat morborum inueniendis se se villem praestet, sed praecepit facilem ad eruendas curationes viam expediatur.“ Huic III. Professori Leydensi calculum suum addit III. *Thomas Simson in actis Edimburgensis*, Tom. IV. articul. XX. qui, singulorum morborum species, generaque esse eodem modo describenda, contendit, quo plantas descripere botanici.

Nuperrime III. Baro van Swieten passim in *Commentariis*, vt de ictero, de mania, cet., concludit his verbis: „ex haec etenus dictis patet, sollicite distinguendas esse varias morborum species, vt singulis idonea medela adhibere possit, cum illa, quae huic speciei sanandae conducant, in alia eiusdem morbi specie nocerent.“ Huius praeceptis adhaerens *Clar. Preysinger*, medicus Viennensis, classes morborum capitis iuxta nostram fere methodum elaborauit.

Huic speciei multas species et aliquot genera, nec non appendicis instar methodum aetiologicalam et anatomicam in methodum redactas, addere vism est, vt ope aetiologicalae cuique pateat, quae generalis medendi methodus singulis mor-

borum speciebus eiusdem classis conueniat; et ex anatomica cognoscant tirones, nostram nomenclaturam et diagnosin morborum, methodis antiquis congruere posse. Potuisse etiam, more Caelii Aureliani, non morbos, sed aegros, in classes redigere, ut in epilepticos, paralyticos, apoplecticos, hydrophobos, tertianarios, quartanarios, cet., nisi obstitisset nominum, aegros designantium, penuria: hinc cuique clarum fuisset, non de modis, quales sunt morbi, sed de substantiis, seu subiectis morborum, in nosologia, ut de plantis in botanica, quaestio nem esse.

Vt uno oculi ictu innoteseat duratio et periculum cuiusque morbi (de symptomatibus simplicibus hic non agitur), ad calcem nominis apposuimus characteres, qui ea breuiter indicant:

- A. indicat morbum *acutum*, seu velocem et periculosum:
- B. morbum *breuem*, cito desitum, et sine vitae periculo:
- C. morbum *chronicum*, seu longum et periculosum:
- L. morbum *longum*, seu tardigradum sine periculo:
- P. morbum per *periodos* recurrentem, aut remittentem, aut intermittentem:
- D. morbum *dubium*, seu cuius duratio et periculum variant, aut non satis constant:
- a, b, c, cet., varietates eiusdem speciei significant litterae Arabes.

Morbi, quotquot obseruantur, sunt *individui*, rigore loquendo a se inuicem dissimiles, ut dissimilia sunt quadrantibus omnia eiusdem arboris folia; verum tamen practice loquendo quidam inuicem similes sunt, ut duae apoplexiae biliosae, duae diarrhoeae biliosae, cet.: et illa individuorum similitudo vocatur species: sic duae diarrhoeae biliosae sunt eiusdem speciei; species itaque morbi sub se continent tantum morbos individuos. Horum morborum differentia quoad symptomata accidentalia, fortuita, fugacia, aut quoad gradum, id est, intensitatem maiorem, minoremque symptomatum, videntur *varietas*.

Genus est similitudo seu conuenientia specierum; sic *diarrhoea* genus est, quippe continet sub se diuersas species, vt *serofam*, *biliofam*, *stercorosam*. Demum *clavis* est similitudo, vel conuenientia generum; sic *febris*, quae *clavis* est, continet *synochum*, *ephemeram*, *quartanam*, cet.: et pars *clavis* *ordo* dicitur, qui velut exigua *clavis* est.

Errant itaque philosophi, in logica et historia naturali peregrini, qui indiscriminatim *classem* vocant, quod *genus* est, et *speciem*, quod *clavis*, vel *genus*, est. [Vellem, Au& placuisse, praeter *genus*, *classem*, rel. et *species*, varietatesque, et distinguere, et commemorare fecissim, *differentias* aegritudinum, seu *species* natura, seu genio, differentes: scilicet ut exemplo *vfar*, febris comprehendit *synocham*, intermittentem, tumque iterum haec *tertianam*, *quartanam*, rel. At *differentiae* sunt *synocha* non putrida, inflammatoria, intermittens putrida, inflammatoria, *sypbilitica*, et sic porro: neque negari potest, maiorem in praxi attentionem sibi vindicare *differentias*, quam *species*. Au&. fecuturus commemorabo, suppleo eas, ceterum discrimen nullum admittens in enumeratione.] Fateor pro diuersa methodo *classes* et *genera* mutari; non minus tamen, data methodo, quisque definitionibus suis debet adhaerere, quippe, fine definitionibus fixis vocabulorum, nulla potest in doctrinis demonstratio valere, et fine demonstratione nulla datur scientia, quippe scientia est habitus, asserta demonstrandi.

CLASSIS PRIMAE SYNOPSIS.

VITIA.

CHARACT. Syndromes symptomatum
cutaneorum leuiores.

ORDO I. MACVLAE, mutationes coloris natui.

- I. LEVCOMA, *taye*, macula opacans corneam.
- II. VITILIGO, macula cutem deprimens.
- III. EPHELIS, *rougeur*, macula cutis corymbosa fusca.
- IV. GVTTA ROSEA, *couperose*, macula faciei corymbosa rubra.
- V. NAEVVS, macula congenita protuberans.
- VI. ECCHYOMA, *ecchymose*, macula a sanguine sub cute effuso.

ORDO II. EFFLORESCENTIAE, tumores humora- les exigui gregales,

- a. PVSTVLA, *pustule*, phyma parvulum, apice ruptum.
- b. PAPVLA, *bouton*, phyma parvulum, desquamari solitum.
- c. PHLYCTENA, *phlyctene*, vesicula, fluido plena.
- d. VARVS, *bourgeon*, tuberculum durum, constans.
- VII. HERPES, *dartre*, papularum prurientium corymbus.
- VIII. EPINYCTIS, phlyctaenarum atrarum congeries dolens.
- IX. PSYDRACIA, *porcelaine*, phymata erysipelatosa.
- X. HYDROA, *échauboulure*, exanthemata miliaria phlyctenoidea.

ORDO III. PHYMATA, tumores humorales solitarii.

- XI. ERYTHEMA, *erysipile*, phyma rubrum, calens, diffusum.

- XII. OEDEMA, *oedeme*, phyma album, indolens, molle.
 XIII. EMPHYSEMA, *emphyseme*, phyma pallidum, elasticum.
 XIV. SCIRRHVS, *scirrhie*, phyma durum, indolens, cuti concolor.
 XV. PHLEGMONE, *phlegmon*, phyma rubrum, calidum, sphæroideum, pulsans.
 XVI. BVBO, *bubo*, phyma scirrhofo-phlegmonodeum in glandula.
 XVII. PAROTIS, *parotide*, bubo iuxta aurem.
 XVIII. FVRVNCVLVS, *furoncle*, phyma subdurum, inflammatum, prominens.
 XIX. ANTHRAX, *charbon*, phyma apice gangraenosum, ambitu inflammatum.
 XX. CANCER, *cancer*, phyma scirrhosum, lacinans.
 XXI. PARONYCHIA, *panaris*, phlegmone extrenii digiti.
 XXII. PHIMOSIS, *phimosis*, phlegmone praeputii.

ORDO IV. EXCRESCENTIAE, tumores a solidis adauit.

- XXIII. SARCOMA, *farcome*, excrecentia carnosa.
 XXIV. CONDYLOMA, *condylome*, excrecentia cutanea, tendineae.
 XXV. VERRUCA, *verrua*, excrecentia cutanea globosa.
 XXVI. PTERYGIVM, *onglet*, excrecentia plana in oculi cantho.
 XXVII. HORDEOLVM, *orgeolst*, excrecentia varo similis, ad tarsos palpebrae.
 XXVIII. BRONCHOCELE, *gouître*, excrecentia gutturis.
 XXIX. EXOSTOSIS, *exostose*, excrecentia, osis instar dura.
 XXX. GIBBOSITAS, *boſſe*, protuberantia ossium thoracis.
 XXXI. LORDOSIS, protuberantia, ab ossibus artuum inflexis.

ORDO V. CYSTIDES, tumores capsulati, fluido referti.

- XXXII. ANEVRYNSMA, *aneuryysme*, cystis arteriosa.
 XXXIII. VARIX, *varice*, cystis venosa.

- XXXIV. HYDATIS, *hydatide*, cystis lymphæ ductuum.
 XXXV. MARISCA, *hémorrhoides*, tumor sanguine turgens,
 in margine podicis, isque pertinax.
 XXXVI. STAPHYLOMA, *staphylome*, cystis corneae, vel
 corneam perforans.
 XXXVII. LUPIA, *loupe*, cystis in articulis, spissæ fluido
 plena.
 XXXVIII. HYDARTHROS, *tumeur blanche*, cystis articuli
 aquaosa.
 XXXIX. APOSTEMA, *aposteme*, cystis purulenta.
 XL. EXOMPHALVS, *exomphale*, cystis umbilicalis, sae-
 pius aquosa.
 XLI. OSCEOCELE, *fauſſe hernie*, cystis in scroto.

ORDO VI. ECTOPIAE, *partium solidarum e sua
 ſede dimotio ſenſibus obvia.*

- XLII. EXOPHTHALMIA, *châte de l'oeil*, ectopia oculi.
 XLIII. BLEPHAROPTOSIS, *érafllement*, ectopia palpebrae.
 XLIV. HYPOSTAPHYLE, *chute de la luette*, ectopia
 vuulae.
 XLV. PARAGLOSSÉ, *chute de la langue*, ectopia linguae.
 XLVI. PROPTOMA, ectopia appendicis externæ, ut la-
 bii, scroti, auriculæ.
 XLVII. EXANIA, *chute de l'anus*, prolapsus ani.
 XLVIII. EXOCYSTES, *chute de vefſie*, prolapsus vesicæ
 vtrinariae.
 XLIX. HYSTEROPTOSIS, *chute de matrice*, prolapsus
 vteri.
 LI. ENTEROCELE, *enterocele*, hernia intestini.
 LI. EPIPLOCELE, *epiplocele*, hernia epiploï.
 LII. GASTROCELE, *gastrocele*, hernia stomachi.
 LIII. HEPATOCELE, *hepatocèle*, hernia hepatis.
 LIV. SPLENOCELE, *splenocele*, hernia lienis.
 LV. HYSTEROCELE, *hysterocele*, hernia vteri.
 LVI. CYSTOCELE, *cystocele*, hernia vesicæ.
 LVII. ENCEPHALOCELE, *encephalocèle*, hernia cerebri.
 LVIII. HYSTEROLOXIA, *obliquité de la matrice*, vteri
 obliquitas.

CLASSIS I. SYNOPSIS.

- LIX. PARORCHIDIVM, edlopia testiculi.
 LX. EXARTHREMA, luxation, ossium mobilium luxatio.
 LXI. DIASTASIS, diafta/e, ossium immobilium recessus.
 LXII. LOXARTHRS, ossium mobilium obliquitas respectiva circa spasmum et exarthrema.

ORDO VII. PLAGAE, continui solutiones, vitia dialytica b. Linnaei.

- LXIII. VVLNVS, blesſure, continui solutio, hians, cruenta.
 LXIV. PVNCTVRA, piquare, continui solatio, intus tantum extensa.
 LXV. EXCORIATIO, écorchture, cuticulae, vel cutis, a carnis subieclis separatio.
 LXVI. CONTVSIO, meutrifissure, partis carnosae in minimis punctis attritio.
 LXVII. FRACTVRA, fracture, diuisio ossium in fragmen-
ta separabilia.
 LXVIII. FISSVRA, felure, ossium diuisio, rimam referens.
 LXIX. RVPTVRA, rupture, ligamentorum, tendinum-
ue, ab ossibus diuulso.
 LXX. AMPVTATVRA, coupure, partis excisio, totalisue articuli detruncatio.
 LXXI. VLCVS, vlcere, partium mollium erosio puru-
lenta, cute profundior, patulo fundo, pure
vitioso.
 LXXII. EXVLCERATIO, differt ab vlcere, vt excoriatio
a vulnere.
 LXXIII. SINVS, sinus, emissarium abscessus, vel apostema-
tis orificium.
 LXXIV. FISTVLA, fistule, vlcus sinuosum, intus callo-
sum, fundo saepe carioso.
 LXXV. RHAGAS, gerçure, solutio continui sicca in mar-
ginibus partium.
 LXXVI. ESCHARA, eschara, crusta mortua, vi cauſicorum
faepius facta.

LXXVII. **CARIES**, *carie*, ossis erosio cava vel aspera, periosteum exfoliatum denudata.

LXXVIII. **ARTHROCACE LINNAEI**, vclus medullae cum ossis carie.

His nominibus vitia tantum conspicua intelligenda volumus: etenim si ea intus lateant, ut vclus pulmonis, cerebri, hepatis, caries costarum, exulceratio intestinorum, cet., ea inter morbos, quorum principia sunt inquirenda, veniunt: sic vclus pulmonis ad phthisin, eius vulnus latens ad haemoptysin, arthrocace ossis latens ad osteocopum cet., pertinent. Medicis in morborum diagnosi sunt primo sensuales artifices, seu sensu et phaenomenis duci se patiuntur, licet deinceps vi intellectus abditas earum caussas inquirere debeant, nisi velint in empiricorum turba desidere.

I. Quoniam vitis maximam partem ad chirurgiam spectant, ad medici forum itaque in tantum modo attinent, quantum medicum ornat chirurgiae cognitio, atque facit, ut chirurgum adiuvet dirigatque, horum ampla consideratione eo magis supercedeo, quo magis ipse A. fassus est, non esse sua, quae in hoc capite propofuit, sed amici. Aliqua tamen adieci, mutauit, ut re esse visum est. Ceterum lectorem remitto ad aliquot scripta, hic certe utilia: nimirum in vniuersum consolat:

J. Aitken's Anfangsgründe der theor. u. prakt. Wundärzneik. in system. Ordnung entworfen, a. d. Engl. Leipzig. 1781. 8.

Th. Lauthii nosologia chirurgica: accedit notitia auct. recentiorum Platneri. Argent. 1788. 8.

Cel. Richteri chirurgia. Gött. 1778 sq. 8. T. I. II.

ej. chirurg. Bibliothek. T. I — VI. ib. 1771 sq. 8.

ej. Abh. v. d. Brüchen. ib.

C. Lorry tr. de morbis cutaneis.

J. A. Brambilla chir. prakt. Abh. v. d. Phlegmone u. ihren Ausgängen. I. II. Th. Wien 1775. 8. ed. 2. ib. 1786.

CLASSIS PRIMAE THEORIA.

VITIA,

SEV

AFFECTVS SVPERFICIARII.

SVNT vitia conspicua in partibus externis corporis, seu pravae partium conspicuarum dispositiones, ex quibus magis laeduntur qualitates, ut figura, color, quam ipsarum functiones; unde minus nocent sanitati et robori, quam pulchritudini et integritati, ut cum antiquis has quatuor valetudinis conditiones distinguam. [Melius dixeris: *Vitia* sunt ægritudines (simplices plures, morbi deuteropathici, rarius protopathici, topici, symptomata plures) palpabiles, leuidenses, solidorum externorum, sine febri, cachexia, notabilibus.]

Distinguuntur a morbis sequentium classium, quia sunt syndromes symptomatum, vix intensitate, aut extensione, notabilium; si quis tamen maluerit, hos inter morbos ordinare, et maculas ad cachecticos decolores, efflorescentias ad inflammatorios exanthematos, vel cachecticos, leprosos, aliosque, ad alias classes referre, non repugnabo.

Ex his autem intellectis facilius fluet ceterorum morborum theoria, quippe affectus isti sunt veluti illorum elementa, [Non omnes, quos hoc retulit Avet ad ceterorum morborum elementa referre licet!] Eorum plures symptomata, passiones, morbi symptomatici sunt: at non pauci etiam maiorem desiderant aestimationem, ab morbos proprie spectantes. Sic emphysema, phlegmone, bubones, anthraces, rel. passiones sunt: Cancer, vlcus, exulceratio, scirrus, arthrocace, caries, morbi, morborum species, aut differentiae, quae maiorem attentionem desiderant, quam A. iis tribuit. Quare haec supplenda sunt.] et cum a simplicibus ad composita progredivendum sit, a vitiis ipsis corporeis exordiendum duxi.

Ista vitia sunt 1° vulnera, 2° vlcera, 3° maculae, 4° exanthemata, 5° phymata, 6° excrescentiae, 7° cystides, 8° procidentiae, seu ectopiae.

De duobus prioribus actum est in pathologiâ, et quoties in morbos a vulnere, vlcere, contusione, ortos incidemus, toties eas species *traumaticas* nuncupabimus: sic *apoplexia traumatica* dicetur species ea, quae a cranii fracturâ, commotione, vulnere, contusione, cet., capitis ortum ducit, vt eas distinguamus a speciebus *spontaneis*, [Vix possum admittere distinctionem, quae A. placuit in aegritudines *spontaneas*, quae a principio interno, sine caussa euidenti, oriuntur. Etenim, vt exemplo utar, principium internum, caussa euidentis satis in morbis, a contagio natis, v. g. variola insititia: quis, quaeo eiusmodi morbos spontaneos dixerit?] id est, quae a principio interno sine caussâ euidenti, vel principio mecanico, procedunt.

Ceteri affectus superficiarii, vulgo dicti *morbi chirurgici*, non ita euidentis sunt originis, adeoque theoriam magis elucidatam expostulant, maxime quia multo pluribus morbis internis occasionem praebent, adeoque vt theoriam non solum phymatis, excrescentiis, sed et morbis inflammatoris cacheclisque, applicandam hic in antecessum tradam, necessarium iudico.

1. Tumor, Graecis *oncos*, est quidquid praeter naturam crescit in humano corpore, Galeno definiens; iuxta neotericos est praeternaturalis eleuatio partis: is vulgo diuiditur in calidam et frigidum: adscribitur humoris cuiusdam adhaesione tamquam caussae, cui caussam praebent res, non naturales dictae, cet. Verum has definitiones ingrediuntur vocabula, a nemine huc usque recte definita, et admidum obscura, a quibus abslinebimus; vt autem de tumoribus dilucide agamus, praemittenda sunt, more Borelli, quaedam lemmata, lucem huic theoriae foeneratura.

2. Volumen corporis humani sani crescit in dies ab ortu usque ad vigesimum quintum circiter aetatis annum cum notabilis altitudinis augmento; aetate vero proueliori, vt circa quinagesimum, aut sexagesimum, augeri consuevit in latum et profundum sub eadem altitudine; nec non singulis die-

bus, horis matutinis, aliquot lineis crescit altitudo, quae tandem vespertinis decrescit.

3. Volumen quarundam partium corporis humani crescit prae aliis determinata aetate, horâ, cet.: aetate fertili abdomen grauidis, mammae puerperis, horâ pastus epigastrum saturis, hypogastrium vesicam et aluum exoneraturis, increscunt.

4. [E clar. A. R. Martini obseruationibus atque experimentis (Act. acad. reg. Suec. Vol. XXX. p. 76 sq. Comm. Lips. Vol. XVIII. p. 9 sq.) constat, in adultis post cibum modice sumtum, thoracem, vt abdomen, amplari 5. lin. (quarum decim habet digitus suecicus), post cibum copiosum, coffeeae haustus vberiores, 7 lin. Inspiratio libera abdomen 10 lin. ampliat, costas spurias et veras iunctim 5.]

5. [Ex sanitatis notione patet, cur, aberrantibus a regula, mole, situ, vel figura partium, imperfectus evadit machinae animatae status, seu functionibus suis dato tempore atque ordine exercendis impar, seu fiat aegritudo.]

6. Moles partium, et ipsius corporis, variat admodum intra sanitatis limites; patet, molem recens nati cum adulti mole conferendo: nec enim solius corporis mire discrepat magnitudo in diuersis aetatibus, verum etiam non eadem ratione excrescent diuersae eius partes; datur tamen, si non absoluta, saltem relativa partium, sibi inuicem comparatarum, magnitudo constans, aut sanitati conueniens proportio, a qua si partes aberrauerint, morbosam molem habere dicuntur. His positus,

7. *Protuberantia* est partis, visui expositae, magnitudo, adauila vltra, quam exigit sanitati conueniens proportio.

8. *Partem* in anatomia vocamus organum illud, quod ita toti cohaeret, vt tamen ratione figurae et visus a contiguis diuersum videatur; sic digitus est pars manus, vnguis pars digitii. *Particula* vero dicitur portio organi, a ceteris situ tantum, aut loco, distincta, vt particula vnguis tendinis.

9. *Protuberantia* dicitur *absoluta*, si alterutrius partis moles augeatur, dum ceterarum magnitudo eadem perficit. *Relativa* vero vocatur, si datae partis volumen idem perseue-

ret, dum in aliis omnibus imminuitur. Sic macilentis ossium iuncturae, scapulae, claviculae, protuberant.

10. SCHOLIVM I. Omnis protuberantia non est molis augmentum: moles enim est ut quantitas materiae in partes verum protuberat pars, etiamque tantum eadem materies maius spatium occupet, ut in meteorismo, tympanite: ergo omnis protuberantia non est molis augmentum.

11. SCHOLIVM II. Si liquida, solidae ex uno loco in alterum transferantur, crescat quidem moles partis recipientis; at quoniam illud incrementum fit cum alterius dispensatio, totius corporis moles non crescit, secus totum corporis pondus augeretur; ergo omnis protuberantia non supponit molem corporis auctam.

12. SCHOLIVM III. De visceris singularis tumore, nequaquam certo, ex sensu tactu, iudicare possumus; nam ut certum foret iudicium, deberet prius esse perspectum, et natum huius visceris volumen, et huius incrementum; sed ambo nos latet utpluriimum; ne dicam de fede saepe abnormi: ergo anceps est de tumore viscerum iudicium, ex tactu petitum. Pro exemplo suuntur lien: eum intumescit censemus, tum ex elevatione regionis abdominalis, quae ipsi respondet, tum ex eius percepta inter contrecandum resistencia. Verum non certo constat, quantum sit in vivo homine lienis volumen, imo nuper tantum innotuit, illud post paulum non idem esse, ac ante paulum; nec ex renitentia regionis illius, abdominalis ad lienis tumorem valet consequentia, cum indurari possit viscus, et simul pristinum volumen seruare, immo minni: sic induratur lens crystallina, et simul decrevit, arescunt partes tabidae, et minuantur.

13. Protuberat pars omnis, vel aucto volume, vel aucta mole, vel figurā mutata, vel mutato partis situ.

14. Volumen dicitur *auctum*, si spatium, a parte occupatum, maius euadat, non aucto partis pondere: huius protuberantiae exempla praebent emphysema a rarefactio aere, pneumaticocelos, tympanitis et meteorismus.

15. Moles dicitur *aucta*, si plus partis increbat; quod duplice modo fieri potest, vel aucto simul volumine, vel crecente partis densitate, et eodem volumine persistente; sed ille

vltimus casus est tantum possibilis, prior vero vulgatissimus. Talis est protuberantia a fluidis, vel solidis, in parte conges-
tis, vt in scirro, oedemate, phlegmone, hernia, farco-
mate.

16. *Figura mutata* protuberantias non raro producit, vt
in gibbis, quorum sternum, costae, vertebrae extorsum
flectuntur; rachiticis, quorum ossa vel intorta, vel spinà ven-
tosà affecta et intus cariosa, in extremis intumescent.

17. *Situs* denique partium *mutatus* quandoque tumores
effingit, vt in ossium luxatione, fracturā, viscerum, muscu-
lorum, prolapsu, distorsione.

18. *Tumores* vocantur illae partium protuberantiae, quae
dum sunt a fluidis, intra vasa, inconspicue dilatata, congestis,
producuntur, tales sunt phlegmone, erysipelas (scirrus),
oedema, emphysema, cet., dum facti sunt, [etiam a solides-
tentibus olim fluidis accidunt, vt scirrus.]

19. *Cyphides*, seu *tumores faccati*, illae sunt protuberan-
tiae, quae sunt a fluidis, intra vasa, sensibiliter diducta, vel
intra conceptacula quaevis sensibilia, diduictione, ruptione,
vel erosione facta, cumulatis, vt aneurysma, varix, abcef-
sus, hydrocele, phlyctena.

20. *Excrecentiae* sunt illae partium protuberantiae, quae
a fluidis in partes solidas, carneas, osseas, conuersis, pro-
ducuntur, vt verruca, sarcoma, exostosis.

21. *Lordoses* demum sunt ceterae protuberantiae, quae
a partium solidarum esuā sede dimotione pendent, sive mu-
tata tantum figurā, sive mutato situ.

Cum autem de tumoribus tantum agere ferat animus,
praemittendae sunt propositiones, quibus intellectis, horum
theoria in conspectum se prodat.

22. Omnes corporis partes organicae molis, voluminis,
sitū, et figuræ suae mutationi resistunt.

1. [Materia, seu pars quaelibet, corporis humani, gau-
det vi inertiae.

2. Moles et volumen partis mutari non possunt, quin
vires, resistentiis (fibrarum continuitas, particularum con-
tinguitas) maiores adhibeantur.

3. Vt tumores orientur, necesse est, vt fluida intra **vasa** plena vrgentur, supereret vasorum renixus, contractilitas, affrictus fluidorum ad vasa, in solidis organicis resistentia a cohaesione et contiguitate maior.

Vnde patet, partes corporis humani resistere naturam omni figurae, situs et molis mutationi.

N. Veteres tumores C. H. diuiserunt in *naturales*, *veluti* mammas, *nasum, non naturales*, vti abdomen grauidum, epigastrii tumorem a pastu, et *praeter naturales*, omnes reliquos.]

23. SCHOLIVM. Duae sunt partibus nostris vires resistentes, scilicet vis, qua fibrae nostrae suae elongationi resistunt, et in sui contractionem nituntur, et alienatae prifinam figuram recuperare student, quae vis *elasticitas* dicitur; altera est vis, qua distractae suae ruptioni resistunt, et *tenacitas* vocatur.

24. SCHOLIVM. Tenacitas absoluta partium corporis humani diuersa est pro temperamento, aetate, sexu; maior in adultis et annosis, vt ex vsu culinario notum est, minor in iunioribus saginatis, delicate nutritis, non multum exercitatis. Cutis, ligamenta, tendines, membranae, maiori tenacitate gaudent, quam ceterae partes molles: mollissimae et tenerissimae partes sunt cerebrum, cerebellum, medulla spinalis, lien: mollis, sed tenax est pulmo, vesica: firma et tenax arteria, intestinum, uterus, renes; durum, sed fragile pancreas, hepar.

25. Resistentiae fibrarum viribus, eas distractentibus sunt in ratione simili densitatis earum.

26. Partes eo densiores sunt, quo intra datum spatium plures fibras eiusdem generis obtinent.

27. Flexilitas et ductilitas fibrarum aestimatur ex quantitate elongationis, quam patiuntur directe, et ex intensitate potentiae ipsas distractentis inuerse; adeoque carnes, tendines eo minorem habent contractilitatem, quo ab isdem viribus magis intra datum tempus se elongari patiuntur.

28. Contractilitas partium nostrarum est in ratione inversa earam longitudinis.

29. Contractilitas partium corporis humani est ut earum tensio.

30. Ex experimento, aliquoties repetito, sequitur, ut fibrae semel datae vi distensae, sponte successu temporis laxari; fibrae enim, quae appenso eodem pondere longiores deinde euadunt, tantumdem laxiores flunt.

31. Sequitur etiam ut ab aere calido et humido laxentur fibrae simplices animalium, non intortae, et a frigido ac sicco decurrentur.

32. Vnde patet ratio, cur successu temporis phlegmonum dolor sponte minuatur, etiam non mutata tempestate, laxatis scilicet fibris.

33. Patet etiam, cur dolores partium tensarum a frigore et siccitate intendantur, fomentis vero calidis et humidis leniantur.

34. Ex experimento non sequitur, ut fibrarum et vasorum elasticitas permaneat post distractiones omnium maximas, nisi temporis, ad distrahendum impensi, ratio habeatur; certum quippe est, quod, si tamdiu perseveret traxio, ut succus nutritius appulus possit spatiola fibrarum, a distractione relicta, replere, tunc fibra laxatur, et in contractionem minus nititur, ut patet ex antiquorum aneurysmatum incisione.

35. Hiant vulnera pro ratione tensionis fibrarum reserclarum, adeoque tensio fibrarum cutis longitudinalium est ad tensionem transuersarum plus, quam duplo maior. In arteriis semel obseruauit tensiones esse aequales in fibris transuersis, ac in longitudinalibus.

36. Si tela in omnem sensum aequaliter distrahitur, intercapedes pari passu crescent, ut areae telae. Si vero stramen fortius tensum sit, quam subtegmen, vel reciproce, intercapedes non erunt quadratae, sed oblongae.

37. In vasis dilatatis pori, seu intercapedes, natiuam figuram seruare debent, quin fibrae longitudinales aequae tensae sint ac transuersales, sed non idem in tumoribus cutis debet accidere.

38. Tumores vix unquam flunt in vasis maiusculis arteriosis a cauffa interna, quia demonstrante Halegio vis tenaci-

tatis eorum vigescies maior est, quam vis maxima sanguinis per illas fluentis, *Haemostatique exper. 22.*

39. Verum non ita se res habet in capillaribus vasis, quippe tenuitas et laxitas parietum decrescit in vasis iuxta eamdem rationem, quā summa peripheriarum ramorum eiusdem trunci maior est peripheriā truncī; cum autem propter numerum, capillarium ex eodem trunco oriundorum portentosum, summa circumferentiārū multoties excedit peripheriam truncī, sequitur, vt ab eadem vi pressiū sanguinis vasa capillaria multo magis dilatentur, quam arteriae maiusculae. (vide *pulsū et circulat. theoriam, Monspel. 1752 editam, art. 44.47.*)

40. Quare vero tam debilia vasa in statu fano aequilibrent pressionem sui sanguinis, nec tamen intumescent, ratio est, quod, quanto debiliora sunt suis truncis, tanto minor est pressio lateralis, quam a praeterflente suo sanguine experiuntur (*pulsū theoriz. s. 60. 72.*). Verum si minima vasa obstrūcta fuerint, tunc, quoniam sanguis arteriosus in istas agit totā illā vi, quā in truncos obstrūctos ageret, et illae tamen multoties laxiores et flexiliores sunt truncis, necesse est, vt ea portentose dilatentur, vt docet obseruatio et *theoria pulsū s. 109 seq.*

41. [Partes corporis humani, vt musculi, glandulae, tela cellulosa inuolutae sub figura globosa intumescunt per obſeruationem, quia aequabiliter flexibiles, ac vasis capillaribus conflatae, a sanguine turgent, inuoluuntur etiam intra capsulam flexibilem, quae resistens suę ampliationi figuram, quantum potest, sphæroideam adipiscitur, quod, qua parte eius parietes sunt complanati, ea minus resistunt suae ampliationi, adeoque magis recedent a centro, quam partes prominentes, nec supērueniet aequilibrium, nisi quum omnes partes a centro fuerint remotae, seu corpus subglobosum euaserit.]

42. Quodsi tantum dilatentur vasa, membranae cellulare cuti supposita, tunc, quia fluidum inficiens in viciniam vndeque potest diffundi, quippe cum cellulæ lateraliter inter se communicent, in omnem plagam tumor ille diffusus erit, et figuram artū affecti sequetur, non vero supereminebit ad instar globi, vt docet oedema, emphysema: idem evenire debet vasis reticularibus cutaneis, aut alterius cuiusvis

membranae, quae cum per retiformem nexus inuicem in omnem plagam supra hanc membranam communicent, inde tumor solidus, sed superficialis et diffusus obseruari debet, ut accidit in erysipelate.

43. Sedes ergo infarctus phlegmonodei diuersa est a sede infarctus erysipelatosi et oedematosi. Prior est in spatio solidio, quod yndique ex paucis arteriis, per quam ramosis, sanguinem accipit, et in paucas venas deinde refundit, unde in sphaeram, vel sphaeroideum solidum, debet pars intumescere; posteriores sunt in eodem plano reticulari vasorum, aut cellularum, quae vix in altum excrescere possunt.

44. [Si vas quoddam distendatur a fluido, sitque vnde clausum, crescat pressio lateralis in omnem loci differentiam, vnde tumor sphaeroideus, si aequalis fuerit in omnem plagam resistentia. Quare, obstruendo frustulo cuiusdam visceris, vt pulmonum, hepatis, idem in tumorem sphaeroideum mutatur, quia vas capillaribus circumciicit capsula cellularis, fluida contenta coercens.]

Quodsi vas non sit vere clausum, vt fluido contento, aut per vasa exhalantia, aut interstitia parietum, via pateat, sunt tumores diffusi, erysipelatosi, oedematosi.]

45. Venae, ad eamdem a corde distantiam positae, non sunt solum arteriis comitibus fere duplo capacious, verum, vt docet obseruatio, fibras habent circulares, multo ducliores, quam arteriae; ita, vt tum ratione tenuitatis parietum, venae eiusdem natucae diametri ac arteriae, possint ab eadem vi fluidi immissi crescere vna tertia parte magis, quam arteriae (*theoria pulsis* f. 17. ad 20.). Hinc sequitur, vt tumores in visceribus venosis magis excrescere possint, quam in arteriosis, et tunc tumores maxime dilatentur, cum infarctus ex arteriis transit in venas, quod videtur fieri in odontalgia catarrhalis; cum enim materies cocta et fluxilis evasit, tunc subito intumescunt genae, simulque dolor remittitur, quia venae multo laxioris et minus sensibilis textus sunt, quam arteriae.

46. Partes intumescentiae suae resistunt vi contractilitatis suae (patet ex propos. I. n. 23.) verum quo maior est crastis parietum vasorum et canarium ceteris paribus, eo maior

est contractilitas (§. 24.): ergo quo crassiores sunt membranae distendenda ceteris paribus, eo minor futura est intumescientia. Sic certum est, vt intra fistulas ossicas siant quandoque maximeae congestiones, quae tamen parietum ossorum resistentiam vincere non possunt, vnde nullus tumor: e contrario in vasibus lymphaticis vel leuissima pressio lateralis vas in magnum molem extendit.

47. Quo densiores sunt, et compactiores, membranae, vasorum, vel viscera, coercentes, eo maior est ipsarum contractilitas superanda ad hoc; vt intumescant; sic arteriae eiusdem crassitie ac venae, cum duplo aut triplo maiorem habent firmitatem, quam illae, tanto minus ab eadem pressione interna diducentur.

48. Resistentiae itaque, quas partes opponunt suae intumescientiae, sunt in ratione composita crassitie et densitatis membranarum, earum vasorum et molem constituentium, in uoluentium; cum itaque lien omnium viscerum minime coercatur, et textus sit aliunde mollissimi, lien in molem immensam, quantum fert abdominis cuitas, potest excrescere. Pulmones quidem intra datos limites a cauo pectoris coercentur, verum eorum lobi seorsim sunt in excrescendo liberi, textuque duotimissimo praediti; nam, exigui distracti, pulmones in omnem plagam possunt euadere duplo se ipsis longiores; ergo infarctus in lobis pulmonis facile possunt admodum intumescere.

49. Ceteris paribus intumescientia partis intra suae tenuitatis limites est eo maior, quo maior vis distendens ipsi applicatur; sed tamen intumescientia erescit in minori ratione, quam vires distendentes.

50. Si initio intumescat viscus in duplum sui voluminis per vim vt 2, illud non potest intumescere triplo magis, nisi per vim quinques maiorem, seu vt 10; ergo semel intumescutum viscus non potest sine atrocissimis doloribus ulterius intumescere, quippe cum necessario applicanda sit vis multo maior, quam quae huic intumescientiae respondet; atque cum haec vis reactionem parem experiatur, adeoque distensionem maximam, ex qua dolor proportionalis exsurgit, semel ena-

tus tumor non potest crescere intra vasa eiusdem generis, quia atrocissimus dolor exsurgat.

51. Induratio et renixus partis crescit in ratione, qua crescit partis intumescens, habita partium distendentium ratione. Etenim intumescens minus crescit, quam vires distendent. Verum distensio crescit, vt vis distendens direxte, et vt elongatio inuerse; ergo cum vis distendens increscit et elongatio fibrarum non pari passu crescit, tanto major euadit partis renixus et durities.

52. SCHOLIVM. Si fibra pari passu elongetur, quo maioribus viribus distrahitur, eo minus eius tensio crescit, quam si non elongetur, vt quisque facile concipit.

53. Quo magis accedit fibra ad terminum extrellum suae tensionis, eo magis accedit ad terminum suae tenacitatis, qui in eodem extremo puncto concurrit; ergo quo maior euadit durities et renixus tumoris, cito crescentis seu eiusdem tensio, eo magis imminent periculum ruptionis, ynde effusio sanguinis; hinc inflammatio syphilitica, vel etiam sphacelus.

Ad sphacelum in hoc casu vitandum, altera methodus est, vt vis distendens minuatur, quod praefstant phlebotomiae repetitae, et vietus tenuis.

54. Ergo si phlegmonodeci, aut erysipelatosi, tumores granulam minitentur, duplo utilius est, simul emollire fibras potu et fotu diluentibus, atque vires cruxis distendentis detrahere vietu tenui, et euacuatoriis, quam alterutrum tantum auxilium adhibere.

55. Ex corollario 30 sequitur, tensionem fibrarum corporis sponte remitti solo lapsu temporis, adeoque phlegmone tensio et dolor, si non crescat in dies, tolerabilior euadit et minuitur. Operae itaque pretium est, exspectare, si fieri possit, et impedire tensionis augmentum; tempore scilicet res aegri in melius mutantur, a fortiori vero si apta adhibentur interim auxilia.

56. Ex corollario 31 aer calidus et humidus fibras relaxat; sed in phlegmone saepissime relaxatio utilis est; ergo aerem calidum et humidum haurire, seu quod eodem recidit, fotibus emollientibus, tepidisque tumorem mitigare, proficuum est.

57. Docet experientia partes corporis humani citra normam, aut earum destructionem, portentose intumescere posse, modo tardigrada fiat expansio, teste grauiditate, ascite, natata, cet. At quâ proportione tumescit pars infarcta, eadem ratione dilatantur et intercapedes tunicarum (36), et modo pari passu non crescat tensio, crescunt, vt totum; expansis autem vasibus, fluida prius ipsis impuncta et inherentia per vias libiores fluere possunt, adeoque et infarcitus referari, et haec prima ad resolutionem via. Dilatatis excretiorum cutaneorum osculis, et vasorum intercapediniibus, materiae resolutae possunt ex illis effluere, perspirare; vnde curatur infarcitus, et hic est alter resolutionis modus.

58. Nec tamen semper metuendum est, ne partes, admodum distensae, resoluto infarctu, pristinum volumen non recuperentur; docet enim experientia, maximam inesse partibus duicitatem et elasticitatem, cum quadam viscera, vt uterus, volumen millies maius adipisci possint, illibata fere suâ elasticitate, imo identidem portentose ampliari, et iterum constringi.

59. Sunt tamen partes, in humano corpore ita parum elasticæ, quales sunt mammae, cutis inguinum, genitalium, faciei, palpebrarum, quae facile diducuntur, elongantur, nec facile pristinum tonum recuperantur.

60. Tumores partium corporis humani, prius sani, fiunt a viribus partium, vt plurimum fluidarum, partes continentes extrorsum prementibus.

61. Tumores fiunt ex fluidis, intra vasâ, vel receptacula, contentis; illa vero vasa et receptacula, quamdiu elasticitate gaudent, nituntur in sui contractionem; cum autem intumescunt, illa tendunt in omnem loci differentiam ab interioribus ad exteriora: cum itaque sola fluida, in ipsis contenta, premant extrorsum et in omnem loci differentiam; sola fluida sunt instrumenta, quorum actioni ea intumescentia possit tribui.

62. Verum fluida non ratione sui ponderis solius hos tumores inducere possunt, cum non ea sit altitudo columnae fluidi superincubentis, quae possit vim, illis sufficientem, impetriri, nisi elasticitas partium continentium sit ablata: ergo vis illorum fluidorum ab alio fonte repetenda est.

63. Sunt, in primis viis potissimum, fluida rarefabilia et summe elastica, aér scilicet, fatus, quae calore, putredine, fermentatione ita possunt expandi, ut membranas ambientes summā vi distendant, vt patet in tympanite, ructu, emphysemate, pneumatoſi, cet: ergo tumores flatulentī vi aérī expansiuae tribuendi sunt. Verum sunt et alii, qui sanguinis solis viribus, aut lymphae solius actioni, sunt tribuendi, vt phlegmone, oedema: cum autem illa fluida nullum sensibile elaterium habeant, nisi calefiant, et calefacta vix una ducentesima sui parte excrescant, tumores paululum notabiles ipsorum fluidorum rarefientiae adscribi non possunt: superest igitur, vt vi trufiuae, a corde, atque arteriis, mutuatae, tribuantur, potissimum viribus sanguinis et lymphae, quibus vasa, membranasque coērentes, in notabiles tumores diducere queant.

64. Vis circulatoria succum nutritium in diuersas partes dedit; verum excrescentiae fiunt a succo nutritio, copiosus adhaerente, atque in solidas partes conuerso; et licet succus nutritius vi adhaesionis in carnes et ossa durecat, non tamen alia vi, quam vi trufiua cordis atque arteriarum, ad partes appellit easque didecit; ergo viribus trufiuis cordis ac arteriarum etiam tribuenda est haec tumorum species, non tamquam cauſae, sed tamquam principio. Si cum *Hipocrate* per partes *contentas* intelligamus fluida, per *continentes* vero solida, seu membranas, euidens est, vires trufiuarum fluidorum requiri ad hoc, vt in homine prius fano partes continentes in tumorem eleuentur.

65. Excessus virium in partibus contentis supra contrahilitatem et resistentiam continentium est *cauſa tumorum*.

66. Fit autem, vt vel vires excedant in partibus contentis praeternaturaliter, contrahilitate et resistentia, integris, vel viribus naturalibus contrahilitas et resistentia immunitae sint. Illius exemplum siflit phlegmone, huius oedema pedum, a resolutis humoribus, gravitate motis, ortum, dum iidem parietes vasorum, aut vasa exhalantia, transeunt. Vnde distinctione tumorum in *alios calidos* (illos), et *passiuos frigidos* (hos) desumi potest.

Vires partium contentarum sunt propulsuæ cordis atque arteriarum, retardentes venarum, aliaeque modificantes has conditiones aliae, veluti attractio et cohaesio, vt patet in oedemate et feirro.

Certe non inepte distinxit Galenus tumores, vt aegritudines reliquas, illos, qui fiunt, ab his, qui iam facti sunt.

67. His positis certum est, vt partes corporis humani continentis cum contentis continuo iunctentur; quippe immunita partium contentarum resistentia relativa, statim continentis in tumorem attolluntur; sic detracio aeris pondere per appositam eucurbitulam pars supposita illico intumescit; secunda externa arteriae cuiusvis tunica, adeoque imminuto illius robore, ceterae tunicae in aneurysma eleuantur, cet: e contrario vero adiuncto partium continentium robore, elatere, pressione, vt sit per frigida, per spasmum, pressionem, per adstringentia, partes continentis constringuntur: at vero cum persistat aequilibrium inter partes continentis et contentas, neutra mutatur, quoad volumen. Verum potentiae oppositae, quae ideo quiescunt, quia in se agunt momentis virium aequalibus, iunctari, et se mutuo aequilibrari, dicuntur: ergo partes continentis et contentae continuo iunctantur.

68. Iam vero cum partes continentis cum continentibus in aequilibrio posita sunt, quamdiu nec crescunt, nec decrecent illae partes, earumque momenta aequalia sunt, impossibile est, eas intumescere; verum si vis, quæ partes contentae extrorsum vrgent continentis, islarum vires contractivas supererit, non potest fieri, quin continentis eleuantur et extrorsum flecantur; vnde euidens est, excessum virium, quibus partes contentae continentis extrorsum premunt, esse tumorum causam quaesitam.

69. Intelligitur etiam, tanto maiorem fore tumorem, quanto maior erit vis, partes continentis distrahens supra ipsorum contractilitatem, quantacumque sit istarum vis absoluta, aut quantulacumque sit contentarum energia; ergo tumor, seu efficius, illi excessui virium erit continuo proportionalis.

70. Evidens est etiam, quod, si eosque, eaque velocitate partes continentis extendantur, vt demum ad ultimum suae tenacitatis terminum devenerint, seu mediae rumpantur,

tunc temporis cessat actio contentorum in continentes partes, seu iam fluida in hac parte non amplius continentur, non agunt aduersus membranas, quae ruptae deficiunt, adeoque nullam vim in ipsas exercent; sed ubi nulla est actio mutua, nullaque vis, nullus est virium excessus, nec proinde tumor; unde sequitur, ut rupto vase, aneurysmate, aut alio tumore, ita, ut fluida non amplius retineantur a solidis, tumor evanescat, necesse sit. [Ut haec rite intelligantur, necesse est, ut pars rite definiatur, in qua sit sedes tumoris. In *aneurysmate vero*, ubi arteria intumuit, aneurysmatis veri idea tollitur, simul, atque membranae ruptae sunt; nihil minus facile tumor, *aneurysma spurium*, relinquitur, dum humores ab aliis partibus denuo coegerentur.]

71. In excrescentiis, scirrhis, aliisque tumoribus huiusmodi, erupta quidem cutē, nequaquam evanescit tumor, quia partes, ex quibus tumor componitur, non sunt fluidae, de quibus hactenus egimus, sed propter earum cum suis visis minimis adhaerentiam, et viscositatem pro partibus solidis sunt habendae; partes autem illae non sufficienti vi protruduntur extorsum, ut vel minimum extuberare possint, cum semel in tumorem scirrhosum, vel in partem solidam, excreueret; adeoque cum vires, quibus extorsum vrgentur, sint tam exiguae, ut propriam inertiam, proprium pondus, non possint superare, partes illae scirrhosae, induratae perstant in suo statu; praeterea si consideremus in scirrho tot tumores exiguios, quot sint vascula illum constituentia, quoniam semel indurata parte scirrhosa, inspissata fluida propria viscositate restringuntur elasticitatē vasorum, neque ullam sensibilem vim trahunt habent, quā vase sua, ulterius distendant, nullus amplius sit tumor, sed ea perstant in statu suo.

72. *Haerentia*, est defectus motū progressiū, adeoque quies columnarum sanguinis, quae per vase debent fluere: verum ex lege vniuersi, si nulla vis accedat, corpora quiescentia nunquam statum suum, multo minus partium vicinaron, mutabunt; et iam si mutent, ideo mutant, quia mouentur, cum nulla concepi possit in corporibus mutatio, nisi per motum. Ergo haerentia non est causa, cur partes continentes in tumore eleuentur.

73. Haerentia quidem fluidorum est principium tumorum, quatenus non potest haerere sanguis, vigente vi circulatoria, quin eadem vi, quā haeret, ipse resistat sanguini retrosequenti, qui proinde ex axi vasis in parietes diffunditur, ut docet hydraulica; fluidorum enim actio lateralis in vasa crescit pro ratione, quā ipsis resistitur, et quā pone fortius vrgentur. Verum haerentia illa est occasio tantum huius sanguinis ad latera diffusionis, et vis, mouens sanguinem aduersus hunc obicem, est sola incusanda tamquam causa efficiens; quod ita verum est, ut pluries obseruauerim, ligatis arteriis carotidibus in cane vivente, et altera vice ligata aortā in abdome, alterā etiam ligata arteria intestinali in simili animali, licet animalia per diem superuixerint, et alia per hebdomades, nullum tamen inter cor et ligaturam accidere tumorem, saltem oculis conspicuum, tum quia pressio lateralis in arterias, si cordis vires non crescant, pro nihilo est habenda, respectu resistentiae arteriarum, vel quod illa animalia prae dolore et metu (cum ne eiularent quidem, sed alterum continuo tremeret), vires suas vitales minores solito haberent. In minoribus vasibus, si obstruēta fuerint propter rationes mechanicas (39) allatas, non ita se res habet; pressio enim lateralis ut cumque eadem, ac in maioribus, cum minores multo in tenuibus et laxis parietibus resistentias reperiatur, eorum contrariaitatem superat, vnde tumor ex theorā iam expositā.

74. Verum licet obstrūcio praevia sit frequentissimum tumorum principium, facile est demonstratu, plures tumorē sine vīla obstrūctione quotidie fieri, quod, quia neotericis paradoxum videtur, est paulo fusus ostendendum, et quoniam experimenta facilius intelliguntur, quam rationes, ex hydraulicis petitae, ab experimentis ordiar.

In cadavere tubum, aliquot pedes altum, verticaliter erectum, et aquā continuo plenum, aptauit vreteri iuxta renes; aqua illieō in vesicam influxit, et licet sphincter illius atonus foret, vt aiunt, et veluti paralyticus, licet musculi in cadaveribus non exiguum sui elateris partem seruent, illa aqua sensim in tumorem eleuauit vesicam, nec guttula per vrethram effluxit, vsquequo vesica multum intumuisset; tum autem cum aqua ex vrethrā fluoret, non proinde cessabat ve-

ficae tumor, imo cum tubum, aquâ plenum, paululum altiore in hoc experimento adhiberem, pari passu et aqua per vrethram copiosus, velociusque effluxit, et simul vesica magis induxit atque intumuit. Ex quo patet, non ab haerentia. Quid factum fuisse illius tumoris augmentum, cum velocitas aquae, vesicam transfluentis, aucta altitudine tubi, increaseret, nedum fieret haerentia.

75. Pluries experimentum idem in pulmone tentaui, tubum scilicet eundem aptavi arteriae pulmonali, et aquâ calidâ, quam continebat, sensim in venas et in bronchia transfluente, illius vasa ita elutriata sanguine, ut niuis instar albescerent pulmones; nemo sane dixerit, illius vasa magis, quam in statu sano, infarcta; interea cum aquam ex altitudine tubi, tres pedes alti, fluere finorem, pulmo prius ita colapsus, ut vix quartam caui pectoris repleret partem, iam instantum tumorem attollebatur, ut totam cauam expleret et multum superemineret, interea dum pleno riuo aqua ex venis pulmonalibus et etiam ex ore effuerat; imo adhibito tubo sex pedes alto, aqua multo velocius effueret, quam sanguis, persistante vitâ, in hoc circulabatur.

76. Vnde euidentissime liquet, quod intumescentia partium potest consistere cum omnimodâ vasorum libertate, et cum solito maiori fluidorum velocitate, quod qui negauerit, in mediâ luce caecutire velit. Non ita euidentia sunt experimenta, in viuo homine instituta; interea tamen omnes medici norunt, quod a validissimis exercitiis, ut cursu, non pulmones solum intumescant et turgeant, quod ex dyspnœa illico oportâ, quandoque ex haemoptysi superueniente licet augurari; verum etiam tibiae, prius frigore constrictæ, turgidores evadant, ita ut vespere calcii angustiores videantur, annuli digitum manus premant arcuus, collarium sit laxandum, cet.

77. Verum ipsa docet hydraulicæ et anatomia, non posse propelli maiori vi sanguinem intra arterias ramosas, quin affrictus sanguinis cum vasis crescat pro ratione vis, sanguinem vrgentis, seu pro quadrato velocitatis impressæ; fluida enim antecedentia eo magis reagunt in subsequentem sanguinem, quo maiori vi vrgentur.

78. His positis patet, sanguinem, in vasis prius existentem, non posse impelli et vrgeri vehementius a subsequente, quin illi resistat, adeoque, quin subsequens ad latera vasorum diffundat; nec obstat, quod sanguis antecedens circuletur, corpora enim, in motu constituta, resistunt suae accelerationi.

79. Nil itaque iam obstat, quo minus intelligamus, quod ad hoc, vt sanguis fortius agat in vasorum parietes, sufficiat, vt velocius in ipsos propellatur.

80. Ad has incitas redacti neoterici hoc vnicum adeunt perfugium, quod scilicet ille sanguinis impetus vasorum maiorum tantum pulsationem, non vero tumorem constantem producturus sit, et quod ad intumescientiam totius corporis hoc sufficiat, non ad intumescientiam partis.

81. Verum vanum est responsum, quippe cum crescente vi cordis trahiā, non crescat solum sanguinis impetus diastroles arteriarum tempore, sed tempore etiam earum systoles; cum arteriae fortius diductae, intermissā per diastrolem cordis sanguinis in ipsis pressione, fortius reagunt in sanguinem, eumque fortius vrgent; velocitas vtroque tempore, licet inaequalis, semper est maior velocitate confuetā, adeoque cum dāta velocitate sanguinis maiori, partes saltem aliquantulum debeat intumescerē, certum est, vtroque tum systoles, tum diastroles, tempore eas in tumorem diductum iri, quod erat primum.

82. Quoad alteram perfugii partem, iam fatis notum est ex b. *Halleri* obseruatis, dari habenas nerueas, quae pro animae imperio (voluntario, vel naturali, nihil ad rem) laxantur, vel stringuntur, vnde pari passu vasa arteriosa, quae ab ipsis ambuntur, magis, vel minus, patula fiunt: iam vero supponamus arteriae, v. g. mesentericae orificium, cuius diameter est trium linearum, laxatis habenis, quatuor lineas in diametro adquirere, certum est, vt sanguis multo velocius intra illius ramos influxurus fit, quam antea; vt huius assertio ratio pateat, notandum est, sanguinem, dum ex truncō in ramos procedit, in spatia semper ampliora procēdere, adeoque sanguis magis est compressus et coērctus in truncis, quam in ramis, quod patet ex faltu sanguinis ex truncis pertusis; is

enim decies longius exilit, quam ex ramulis, eodem **vulnus-**
eulo perforatis, vt vterius docent experimenta **hydraulica**
D. Carré, Mariotte, cet., quod quantitas fluidorum, quae
ab eadem vi truduntur per orificia diuersa, sit maior in magnis
in maiori ratione, quam quae ab orificiorum amplitudine re-
petitur; quippe cum attritus, oriundus a circumferentiâ, cui
columna fluidi adhaeret, est maior in minoribus vasis, quam
in maioribus, respectu ad quantitatem fluidi, in ipsis contem-
tam, paululum crescente orificio, quantitas transfluens cres-
cit in maiori ratione, quam orificiorum, seu minus deperdit
ex parte attritus, quam cum per angustiora vase fluebat, sic
obseruante **D. Carré (Mem. de l' Acad. des Sc. 1705)**: ex ori-
ficio, cuius diameter est 2 et $\frac{2}{3}$, duplo maior effluit liquidus
copia, quam ex eo, cuius diameter est 2, licet illa orifica
non sint vt 72 et 36, sed vt 64 et 36.

83. Exinde patet igitur, laxatis illius, vel istius arte-
riae habenis, et constrictis vicinis truncis, crescere impetum
sanguinis in arteriam determinatam absque eo, quod vis cor-
dis intendatur, adeoque certam partem calere, rubere, in-
tumescere, dum ceterae pallent, et frigent: hoc autem in
animi pathematis et morbis obseruatur; in verecundiâ scilicet,
laxatis habenis arteriam maxillarem ambientibus, et constricti-
bus, ope nerui recurrentis, axillaribus, crux tota fere, quem
a corde concepit, impetu fertur in faciem, et ruborem, ca-
lorem subitaneum, genis impertit, sanguine ad has cutaneas
arteriolas celerius appellente; simile etiam accidit in pathe-
mate, quod miserationem comitantur, in quo licet palteat facies,
interea incalescunt subito aures et tinniunt; in insultu apo-
plexiae non raro totum caput, faciesque praesertim, intumescit,
rubet, turget ad liuedinem usque, cum calorè, oculorum
prominentia, cet., dum partes inferiores frigent et constricti-
guntur.

84. Imo febres partiales obseruatae, vt febris vnius bra-
chii, quam recenset **Bonetus** (*in sepulchreto de febrib.*), ab eo
mechanismo solum possunt explicari; quod autem in phleg-
mone, v. g. in panaritio, detur maior calor, tumor, imo
pulsatio fortior in brachio morbo, quam in altero, nemo
potest negare; cum autem illa symptomata ab haerentia san-

guinis nequaquam procedere possint, tamquam a cauffâ, vt fusi ostendi (*Dissertation sur l'inflammation à la suite de l'Hæmostique*); superefst, vt ex impetu sanguinis in partem determinatam adaucllo illa phaenomena repeatantur.

85. Principia tumorum sunt *vel* pressio contentorum in continentes paries solito maior, *vel* reac̄io continentium solito minor. [Inde distinctio tumorum in actiuos et passiuos (66).]

86. Positâ enim pressione contentorum in continentia solito maiori, fieri potest, vt ea superent resistentiam (vim), continentium, nisi scilicet vires continentium pari passu fuerint adauclae, [Potest tumor oriri, si vires contentorum et continentium adauclae sunt, sed horum ita quidem, vt vires contentorum superent vim continentium, quod accidit in phlegmatis.] et reciproce: ergo ex his intelligitur possiblitas tumorum, adeoque haec sunt tumoris principia ex definitione (66).

87. COROLLARIUM. Quoniam in statu morboſo, vt in cachexiâ, ascite, chlorosi, reac̄io solidorum est maxime debilis, et vis grauitatis fluidorum eadē perstat, potest fieri, vt lympha fluxilior solito, ex eruore facilius separata, penderans in partes decliniores, earum contracilitatem superet, adeoque eas in tumorem attollet; qui tumor frigidus, mollis, pallidus, indolens et prementis digitii vestigium seruans, species est oedematis.

88. COROLLARIUM. Si vero lympha, adeps, mucus, in vasis suis colligatur propter adhaefionem mutuam partium accidentium cum indigenis, nec vasa resistere possint vi, quâ hac moleculae ad se iniucem accedunt, aut vi, quâ per columnam subsequentem vrgentur, intereaque propter angustiam ramulorum, ex hisce vasis prodeuntium, non ultrius trudi possit fluidum illud viscosum, id ibi loci concreset, congeretur, atque si in succum nutritium et partes solidas mutetur, dabitur excrescentia; fecus erit scirrhus, seu tumor durus, indolens, pallidus, vel cuti concolor, non elasticus: si autem vasa lymphatica vberius, quam par est, diducta sint per antecedentem phlogofin, vel per contusionem, aut ruptis sanguiferis cellulæ adiposae cruentem exceperint, quoniam nullus est fere in illis elater, fanguis in ipsis cespitabit, qui,

escet, et in primo casu rubedinem, in altero liuedinem prae se feret pars infarcta; talis est fugillatio, vetus ophthalmia caloris expers, maculae liuidæ, seu vibices.

89. Si tumor est circumscriptus, calens, rubens, dolor, pulsatilis, ad suppurationem vergens, is *phlegmone* dicitur: si vero diffusus, seu portio maioris sphaerae rubens, acriter dolens, pressione albescens, uniformis, is *erysipelas* est: ast si rubens, diffusus, pruriginosus, farinaceus, punctatus, ad defquamationem vergens, *herpes* vocatur. Plura in ealce *pathologiae nostræ* tumorum genera et species videbis: iti ultimi tumores calidi vulgo dicantur ob calorem comitem, consueto maiorem; priores, cum emphysemate, carcinomate, frigidi censemur.

90. *Tumorum calidorum* cauſa est impetus cruxis in vasa, saepius obſtructa, maior, quam est ipsorum nativa contractilitas. *Frigidorum* vero cauſa est contractilitas minor, quam nativus fluidorum appelleſtum impetus.

91. Calor est particularum ignearum actioni proportionalis; illa vero actio in humana machina mutuae fluidorum et solidorum actioni respondet, et cum reactio actioni proportionalis sit, calor etiam reactionis illorum intensitati proportionalis est, si par sit fluidi ignei copia. Nam vero quoniam, ut calor nativo maior sit, necesse est, ut reactio fluidorum et solidorum sit nativa intensior, nec potest esse intensior, nisi fluidorum impetus argeatur, nec solidorum elasticitas deficit, patet, tumorum calidorum cauſam esse impetum cruxis in vasa maiorem, quam est nativa ipsorum contractilitas.

92. Datâ obſtructione in vasis minimis, modo sanguinis nativus impetus non minuatur, velocitas respectiva inter columnas subsequentes, et columnam obſtruclam maior est (*Theoria pulsis 114. 123.*), atque si impetus ille maior euadat, inde oriturus est non tumor solum, sed affricius etiam maior, cui gradus caloris respondebit.

93. Si vero vasorum, et membruarum ambientium, elasticitas minuatur, nec crescat fluidorum, huc accendentium, vis trusua, imo licet minuatur, sed in maiori ratione, quam crescit continentium elasticitas, minor erit reactio mutua, ac

proinde minor calor solito, quod *frigus* appellatur; vnde patet tumorum frigidorum principium.

94. Cruoris moleculae exsiccatae et in ignem proieclae flammam concipiunt, docente experientia; non ita vero partes lymphae: præterea velocitas cruoris ordinaria etiam in minimis vasibus est maior, quam velocitas lymphæ in suis lymphaticis, quippe a corde remotoribus, et quorum summa alteriorum est amplior alveo arteriarum sanguinearum, ex quibus procedunt; verum aëlio particularum ignearum respondet velocitati duplicatae fluidi, illas secum deuenientis, si par sit aëlio in solida, et eorum reælio; adeoque crux est aptior ad calorem concipiendum, quam ipsa lymphæ; vnde fit, vt tumores rubri saepius calidi sint, lymphatici vero seu pallidi potius frigidi.

95. Cystides seu tumores faccati, aliae pendent a cauffis mechanicis, vt aneurysmata, varices, tympanites, ascites, pneumatocèle, cet.: aliae a cauffis physicis, vt abscessus, spina ventosa, cet.: producio enim abscessus, seu suppurationis, cariei, ex principiis tantum physicis, vt dissoluzione putrefactione, erosione, intelligitur. Ast cauffa aneurysmatum, varicum ex fluidorum nisu, impetu, qui vasorum et receptaculorum continentium contractilitatem supereret, facile deducitur, adeoque ex principiis mechanicis eruitur. Horum vero affectionum praxin, tum generalem, tum specialem, ex chirurgicis auctoribus, vt *Heistero*, *Platnero*, cet., eruendam relinquo.

[Non raro, imo semper forte ab utraque cauffa, mechanica et physica, oriuntur. In carie v. c. principium quidem est putrefactio, eroſio, at partes viuae per stimulum excitantur, vt per mechanismum maior humorum affluxus contingat.]

CLASSIS I. VITIA.

CLASSIS PRIMA.

AFFFECTVS SVPERFICIARII, seu *VITIA*, morbi chirurgici vulgo dicuntur, tum quia leuioris momenti chirurgis curandi committuntur, licet nostri in Germania pauci curandis sufficient pro! dolor, tum quia manus operatione plurimi potissimum indigent, ut sanentur. Interea, quia sanguinis vitio (principio interno) fountentur, artis medicac simul auxilium exigunt. Cum autem, ad horum curam quae attinent, in sequentibus classibus recensentur, affectuum horum theoriae et praxi parum infistendi, animus est; et qui plura voluerit, audeat Auctores, qui, ut *Heisterus*, *Peditus*, de hisce fuse et ex professo scriperunt.

ORDO PRIMVS.

MACVLA E.

MACVLA est coloris mutatio in parte conspicua, seu colorans et consueto alienus. Colorum diuersitatem pendere a laminarum integumentorum crassitate, densitate fabrica, mixtione, docent physici; verum nondum satis est evoluta illa theoria, ut, ad prima colorum principia attenti, inde corollaria ad praxin vtilia deducere possimus, et ideo vulgo macularum theoriam a colore fluidorum, epidermidem, vel cutem, tingentium, deducimus, vti flauedinem a bile, rubedinem a cruento, pallorem a lymphâ praedominante; sic diversos colorum gradus a mutata dati humoris crassi, aut consistentiâ, deducimus, ut liuiditatem in ecchymonate a cruentis coagulo, flauedinem, ipsi ecchymonati succedentem, ab eiusdem cruentis dilutione; quippe docet experientia, paucas sanguinis stillas, multâ aquâ dilutas, linteum album flaudine inficere: sic crystallini in cataractâ, corneae in caligine alborem a lymphâ coagulatâ eruimus, ex eo, quod hoc fluidum coagulatum albescat. Quam crassa vero et manca sit haec

philosophia, non ignorant, qui in physicis sunt versati; verum, multa sermocinare, in theoriam inutile est, cum ex hac theoria nondum certior praxis erui potest.

[Macularum vtique theoriam, praxi congruam dare, dummodo facile dari posset. Videtur vtique natura macularum absolui charactere morbi chronicus cutanei, ut subfittum lensor, atonia solidorum, integumentorum, ob consensum horum cum infimo ventre eueniens, aut similem in hoc excitans, tum dyscrasia humorum. Inde explicatur facile, cur hepar, ventriculus, digestio accusentur, et quare in curatione ad haec organa maxime respiciendum sit. Quod reliquum est, maculae cerne sunt aut mera symptomata, aut aegritudines symptomaticae, et per se patet, morbis protopathicis primo occurrentium esse.]

Genera macularum sunt sex; scilicet, *Leucoma*, *Vitiligo*, *Ephelis*, *Gutta rosea*, *Naevus*, et *Ecchymoma*; ceterae decolorationes morbis (grauibus) accensentur, ut petechia, chlorosis, aurigo, phlegmasiae, febresque variae.

I. LEVCOMA, Taye.

Est macula cornae, ipsius pelluciditatem vitians, opacans. Infert caliginem, ophthalmiam.

I. *Leucoma nephelium*, *nebula* Latinis, *Achlys* et *Aegis* Graecorum, Gallice *ombrage*, *nuage*. L.

Est macula subpellucida albescens, subflavescens, cornae, quae facit, ut obiecta tamquam trans fumum, aut nubem, videantur, adeoque obscuriora sint. Inspektione obliqua dignoscitur ab opacitate humoris aquei, in caligine mydriasis, cataractam lacteam ruptam, et cataractam crystallinam nascentem, comitante. Diuiditur in Achlyn et in Aegida pro gradu obscuritatis, sed plus, vel minus, non mutat speciem. Differt ab albugine ex eo, quod albugo omnino opaca fit alba, cretacei coloris, et quandoque paululum eminens.

Sæpius oritur post ophthalmiam variolosam, aut humidam, nec non a calore nimio, ut ambustione; opacatur cornea etiam a spiritibus acidis, ut vitrioli, nitri, affusis; nec non ab alcalinis, ut oleo tartari; a coilyris acrioribus; nec tamen a spiritu vini, qui nudam lympham opacat.

Nephelium de arte excitatur, et utile est in mydriasi, vbi ophthalmia interna est, cum lucis iubar est retundendum, ne retinam laedat.

Nephelium multo facilius sanatur albugine, iisdem, sed senioribus, admotis remediis; saepe in infantibus sponte per aetatis mutationem euanescit. Profunt causae permanenti aduersa, veluti alcalina mitiora, si est ab acidis: si a corneae humectantium defectu, aut lymphae opacitate, resoluentia, stimulantia, quare profunt succus anagallidis, vel caeruleae, vel purpureae, bis in die per septimanias instillatus, aut calcitrapae, ac cyani: sacchari candi puluis saepe satis est; vinum emeticum, quod oculos minime laedit, etiam utiliter instillatur; vapor anisi, aquae foeniculi, profunt.

[*α.* Si nebula pendet a guttula aquae, inter corneae lamellas congesta, vocatur *Aquula*, atque ope optimi perspicilli distingui, opeque acus inflatae, aqua effundi potest.]

2. *Leucoma albugo*, Gallice *Tache blanche*. Si resplendet, dicitur Latinis *margarita*, Graecis *paralampsis*, Gallis *perle*. L.

Distinguitur in albuginem *St. Tves*, quae est in margine rubra, dolens, adeoque inflammata; et in albuginem aliorum auctorum, quae est subeminens, coloris cretacei albo-caerulei, inflammationis expersa.

Sequitur principia nephelii, sed grauiora, ut ophthalmiam, chemosis, hypophagma, combustionem a calce, cet.; caliginem obscurissimam inducit; dum medium tegit corneam, crassa et albissima est; vix umquam sanatur, maxime, si vetus sit; caue, ne confundas cum onyge, cataracta, hypopyo, empypesi.

Curatur leucoma St. Tves incipiendo ab ophthalmia, illud comitate; vide *St. Tves des maladies des yeux*.

Leucoma vulgare alii radi volunt, quod in panno tantum conuenit. *Woolhousius* in leucomate, multa humiditate slipato, suadet suffimigia repetita, ex aloë, myrrha, mastiche, baccis juniperi, in prunas ardentes iniectis, fumo tepido ad oculos per infundibulum deducito; vel quod tutius est, et suadet *Mauchartus*, vapor ex decocto horumce medicamentum, nec non hyssopi, serpilli, origani, roris marini, coffeae,

valerianae radicis, seminis foeniculi, cum pauxillo camphorae in aquâ, vel vino, bullientium; nec non collyrium, aut lauacrum, ex hac decoctione paratum, adhibeantur.

Collyria sicca fiunt ex puluere tenuissimo absorbentis rad., iridis florentinae, agarici albissimi, tartari matularum; acriora sunt collyria ex felle pisium, tauri, axungiâ viperina, croco metallorum, in pollinem redacto, oleo buxi, vel chartae, quae tamen miscelâ mellis edulcorantur: damnatur vitrioli aeruginis puluis; sed leuissima eorum solutio in aquae magnâ copia non raro usurpatur; eademque lege adhiberi potest euphrasiae et chelidonii maioris succus.

[Puluis ophthalmicus, a Baldingero commendatus, et hic adhiberi poterit. Cf. pterygium.]

Boerhaave repetitum usum aquilae albae, et catharticon rum ad soluendam lympham, et corneam a leuocate liberandam praescribit. [Non incongrue Cl. Sagar habet species 2. „a. *Albugo*: macula penitus opaca cornea, alba, vel flava, non tamen eminens, nata ex humore, inter laminas cornea effuso, et b. *margaritaceum*: macula penitus opaca, cretacea, variae figure, eminens, dura.“ Syst. morb. sympt. ed. 2. p. 31 sqq.]

3. *Leuoma cicatrix*, Graecis oule, Gallice cicatrice.

Est species, quae vel vulneri, vel ulceri, abscessuque, cornea, sanatis, succedit. Quae vulneri succedit, sponte fere semper euaneat, ut videre est in illis, qui cataractae extractionem circumcisâ cornæ passi sunt: hoc est cornea proprium, ut nullum saepe cicatricis vestigium relinquat vulnera pura; ast longe altera succedit in ulcere, et onyges; nam propter inflammationem praegressam, et puris acrimoniam grauis suboritur macula albescens.

Curatur iisdem remediis, quibus albugo, raro vero sanatur; præcauetur autem cicatrix cornea, a pustulis variolosoriunda, si infusum croci cum pauxillo camphorae quotidie in oculos infundatur.

4. *Leuoma Gerontoxon Mauchart*. de maculis cornea, Latinis arcus senilis. L.

Est macula arcuata in limbo cornea, vel circularis, albescens plurimum, fusca quandoque, atque senibus fami-

liaris, visuque ideo minime nocens, in cuius centro est circellus pellucidus. Originem debet pustulae inter intimas cornae laminas positae, introrsum ruptae, cuius peripheria est opacata; talem vidi, et talis est saepe origo ceratoceles, seu herniae cornae; pro insanabili habetur.

5. [Leucoma Glaucois Aetii.

Est macula alba opaca totius corneae, sine phlogosi. Differt ab exulceratione defectu excavationis, puris, doloris acris, rel.]

Ceteras maculas vide in speciebus caliginis et ophthalmiae, scilicet *hypophagma*, *hypohaema*, *caliginem lacteam*, *vnguem*, seu *onygem*, *hypopyon*, *diopseynt*, *eloma*, et *ophthalmiam phlyctenodem*, in quibus omnibus est macula cornea; sed ex his non affectus simpliciter, sed morbus, inducitur. Confule itaque dicta de *caligine* et *cataracta* in Classe VI. et de *ophthalmia* in Classe VII. [Hae etiam maculae ex parte non sunt affectus ipsius corneae, sed reliquarum oculi particulorum, maculas constituentes, v. g. *caligo lactea*.] Dantur varietates quinque dictae; sed non commemo-
rantur vere species, scilicet genio dictae varietates differunt: sic certe exstat *leucoma neruosum*, *putridum*, *cattarrhale*, *purulentum*, *syphiliticum*, *scrophulosum*. In his, quorum exempla vix verbo apud autores occurrunt, licet in praxi non deficiant, sufficere debent signa morbi et symptomatis.

Commendantur a scriptor recentioribus oleum rec. vi-
perarum, nucum iugland. (obseru. sur la phys. cet. par Rö-
zier T. 16. p. 39. Samml. auserl. Abh. f. pr. A. T. VI. pag.
445 sq.) tinctura thebaica pharm. Lond. (Ware on the oph-
th. Richt. chir. bibl. T. VI. p. 24.) quorum guttulae aliquot
inspurguntur.]

II. VITILIGO, *Morphee*. [*Scabies crustosa*. *Lorry*
1. c. p. 352 sq.]

Est macula corymbosa (seu ex minoribus maculis com-
posita), cum depressione cutis, quasuis citra discrimen cor-
poris partes, non simul omnes, afficiens.

[Aut si maius: macula corymbosa, summam cutim ob-
fidens, non profunde inusta, partibus vicinis non tumentibus,

at crassioribus et densioribus, laevis ad tactum: pruritus immanis, pili deslunt, humor parcus, albus flauus, squamidus, interdum viridescens, ex vleuceulis prodit. — Vidi in milite feneſcente, qui cicatrices ostendebat in pedibus simul vitiligine obſeffis, quem narrabat ſibi connatum, ob matris imaginationem, pifcēm obſtupeſcentem!]

Tres priores species aetate noſtra vix obſeruantur.

1. *Vitiligo alphas*; *Morphaea alba Arabum*; *Alguada Auicenni*. Tom. 2. pag. 244. *Lépre des Juifs*. C.

Est macula pallescens, vel alba, maculis minoribus discretis non confluentibus; ea interdum ferpit a parte in partem, dum vetus est, atque squamas excitat, adeoque leuissimam asperitatem, quaes maxima est in leprā ferpigine. Curatio impossibilis est, si pars acu puncta fanguinem non fundit; ſequens poſſibilis, ſed diſſicillima. In alpho capitis pili ſunt nauii coloris.

2. *Vitiligo Leuce*; *Leuce Graecorum*; *Albara Auicennae*, *Boneti Sepulchr.* T. I. pag. 764. C. In *Pthifcīs Ballonius Parad. 39*. [*Elephantiasis syphil.* *Sauv.* T. 2. p. 570. *D. Raymond tr. des malad.* p. 357.]

Color est albidior, quam in alphi, pilique partis affæiae albi ſunt; ſed ſuccēſu temporis delabuntur, et glabreficit pars, ſi prius capillata fuerit, vitium autem altius ferpit in cutim ſubieclam, unde ſequa non fundit fanguinem, nec sanari poſteſt, maxime ſi pars glabra evaferit. *Auicenna albaras* vocat, cum vitium ad ossa uisque penetrat.

3. *Vitiligo melas*. *Gorzaei* definit. de alphi ſpeciebus: *Morphaea nigra*; *Auicennæ*, Tom. 2. pag. 244. cap. 20. C.

Conſtat maculis non corymbofis, ſed paucis et diſſiſtis, ſubſquamosis, ac fuſci coloris. *Albara nigra* vocatur, ſi profundius ferpat hic color in carnes ad ossa uisque.

Curatio. Praemissa phlebotomiæ, et praefcripta diaeta eucyhyma, iſtituantur purgationes ex epithymo, agarico, myrobalanis nigris, polypodio, et floechade, additis paſſulis et ſicubus. Praefstat autem ſerum lactis cum epithymo iuſu oſti die praefcribere; infundatur ſcilicet epithymi dragma vna in cado aquae casei iuxta *Auicennam*. Iuuant maxime balnea repetita, et trypherarum administratio cum epithymo.

dein sinapisni et dropaces parti affectae applicantur, donec cuticula separetur, quod per interualla iterandum est. Vide *Avicennam de cura morphaeae nigrae et albarae nigrae.*

4. *Vitiligo hepatica*, *Ephelis Celsi*, *Maculae hepaticae Sennerti*; *Chaleur du foie*; *Leberflecke Solenandri*. L.

Distinguitur maculis amplis flauo-nigrescentibus, quae non nudas, vt lentigines, sed tectas partes, afficiunt, vt inguina, dorsum; non raro periodice reuertuntur, et post quartanam, tertianam, nec non cum nostalgia, accedunt, cuticulaeque leuem desquamationem afferunt.

Curatio obtinetur, 1º catharticis; 2º diaeta ex cibis eleatis, minime acribus, aut salitis; 3º iustulis leuiter incidentibus et diureticis cum plantis hepaticis, vt capillaribus, agrimoniam, cuscuta, cichorio, cet.; 4º frictione iterata partis; 5º balneis; 6º sinapismo, parti applicato, et, cum irritauerit, ablato; vel cataplasmate ex sapone liquefacto, cet. Vide *Sennertum de maculis hepaticis*, lib. 5. part. 3. sect. 1. cap. 8.

III. EPHELIS, Rousseur.

Cognoscitur ex maculis acquisitis, vmbritis, glabris, eorymbosis, faciem, vel manus, vel tibias, rarius partes tectas, afficiens.

1. *Ephelis à sole*, *nigredo à sole*, *Sennert. de cutis vitiosis*, lib. 5. part. 3; Gallice *Hâle*. L.

Affecti solati. *Ephelis Graece apo tou eliou*, a sole dicitur. Differt illa macula nigricans ex eo, quod non sit guttata, sed continua, verno tempore, tenerisque pueris familiaris, si insolentur.

Praecaetetur vmbraculis, chirothecis, cet.: cuticula, a sole adusta, successu temporis delabitur; puellae Monspelienses oxyerato vtuntur ad hanc nigredinem delendam; aliae pastæ ex amygdalis amaris, aliae aquâ rosarum cum pauxillo camphoræ, aut gummi cerasorum in acetato, vel foliis cerasi recentibus se eluent.

2. *Ephelis grauidarum*. *Sennert. ibid. cap. 2.* L.

Sunt maculae vmbritinae, solitariae, palmum latae, frontem præcipue afficientes, tum apud grauidas, tum apud op-

pilatas virgines. Illae maculae redeuntibus catameniiis evanescunt.

Curantur abluendo ex decocto baccarum lauri cum melle, vel emulsione ex seminibus cannabis, vel succo ex radice bu-glossi, cet.

3. *Ephelis lentigo, tache de rousseur, lentilles.* L. [germ. Sommerflecke. Sommerfrosen.]

Est macula corymbosa, seu ex minoribus lenticularibus quoad colorem, et magnitudinem coagmentata, quaque, vt ephelis a sole, partes, soli expositas, defoedat, sed pueras etiam non insolatas afficit; aestuo in primis tempore crescens, hieme decrescens, atque cutes teneriores, et albidiiores inficiens, potissimum apud eas, quae pilo rufso gaudent, quas vocamus les blondes, et les cheveux ardens.

Laudantur ad has eluendas aqua ex floribus sambuci, et fabarum destillata, pista ex amygdalis amaris, seminibus brassicae. Lentiginosi, obseruante Ballonio, sunt eacochymi; vicia apud eos sunt cacoëthea.

4. *Ephelis ab igne; tache de brûlure.* L.

Illae vel ab ambustione procedunt maculae, et subfluae, umbrinae, quandoque cicatricosae sunt, neque illa arte emendabiles, nisi ad fucos confugiamus; vel a summo calore, epidermidem infuscante, quales foeminarum tibias, et femora deturpant, si saepius hieme foculos pedibus supposuerint.

5. *Ephelis lutea, color icterodes infantum Juncieri.* B.

Est macula flava auriginosa vnam, aut alteram, partem afficiens, recens natis superueniens. Vide auriginem.

6. *Ephelis scorbutica.*

Est macula ampla, livescens, palmi-magnitudine, quae erura, lumbos, aliasue partes, infuscat, quaque etiam nostalgiam non raro comittatur, sed ad scorbutum attinet.

IV. GVTTA ROSEA, *Goutte-rose, Couperose*, Rongeurs, der Kupfer, Kupferhandel germ.*

Cognoscitur ex maculis faciei rubris, guttatis, parum prominentibus, aut asperis, et diu permanentibus. Diuturnitate differt ab erysipelate.

* [Videtur nomen germ. corruptum *Kupferrose*.]

1. *Gutta rosea simplex; taches hépatiques.*, Verduc. Pathol. Tom. I. pag. 192. *Goutte-rose* Turner. Gallici. L.

Sunt maculae subasperae, eminentes, rubrae, corymbosae, quae faciem saepius, quandoque brachia, collum, pedes aggrediuntur, sine desquamatione, sine pruriitu notabilis: nasum saepe tuberibus deturpatis in vino. Difficillime curatur per medicamenta, sanguinis acrimoniam, et feruorem competentia, qualia sunt iuscum refrigerantia antiscorbutica, serum laetis, laeticiaria, acidulae, balnea, praemissis diureticis, ut iusculis ex testudine, ex cancris fluminatibus, millepedibus. Dein ad topica deueniendum, qualia sunt teflacea in succo limonum dissoluta, cosmética vulgatissima, lac virginale, pomata, cet.

2. *Gutta rosea herpetica*, Sennert. cap. 6. S. I. lib. 5; *Conperose dartrense*; L.

Distinguitur per pruritum, pustulas squamosas, quae faciem, nasum, deturpant.

Curatur ut herpes. De hac specie vide *Gabelhouerum*.

3. *Gutta rosea syphilitica; corona veneris; Couronne de Venus*: C. (*Afiruc de morbis venereis lib. 4. cap. I. n. 4.*)

Sunt pustulæ rubrae, roseæ, durae, callosæ, circulares, non fastigiatae, summâ parte ulcerosæ, siccae, sine pure, aliquando humidae, manantes, squamosæ, furfuraceæ, flavae in labiis, naso, saepius circa frontem, et tempora, poneque aures, vbi seriatim dispositæ veluti corollam referunt, vulgo *te chapelet*. Interdum subito alias intra aliquot dies erumpunt maculae subbrunneæ, deinde plures recedunt, supersunt instar ecchymosis disparentis, recurrent humidae, squamosæ, furfuraceæ, saepe ulcerolæ. Orientur in cardia, anteriore corpore, facie, fronte: accidunt maxime ab ulcerosis adfectibus partium genitalium, et curantur per morbo aduersa.]

4. *Gutta rosea febrilis*. De Meyseray, tom. 2. n. 241. B.

In febribus malignis obseruatur gutta rosea, in qua nasus purpureus, brunneus, nigricans, tumidus, pustulosus evaudit, quae symptomata mortem imminentem prænunciant: ex viginti quinque aegris, hac affectis, vix unum alterumue

euanesse obseruauit cit. auctor: accedit gangraena aromaticis curanda, nequaquam scarificanda.

5. [*Guia rosea caelibatus*. Est, quae simulet syphiliticam, occurrens in abstemiis, plethora spermatica laborantibus haemorrhoidariis, rel.]

V. NAEVVS, Envie. germ. *Muttermal*.

Est macula congenita, quae vulgo tribuitur vi imaginantis, aut vehementi cupiditati, quā mater initio grauiditatis exagitata fuerit, quandoque cum partis eminentiā.

1. *Naevus sigillum*, *naevus lenticularis Sennerti*; I.

Est macula nigricans, subrotunda, parua, vna, vel multiplex, quandoque eminens, et verrucosa; alias plana, quae nedum noceat, saepe in facie ita placet, ut similes maculas, cum deficiant, effingant puellae.

[a. *lenticularis*. *Sagar* Sp. 1. macula fusca vel nigra, lentes magnitudine, potissimum in facie.

b. *flameus*. *Sagar* Sp. 2. macula lata, striata, rubra, in facie obvia, aetate minor colorem perdit.

c. *tuberculosus*. *Sagar* Sp. 3. macula plus, minus, eleuata tuberculis paruis, non pilosa.

d. *cauernosus*. *Sagar* Sp. 4. excrescentia cutanea, connata, rubri, vel liquidi, coloris, ex tela cellulosa in cavernas mutata constans, continens succum gelatinosum in cavernis suis.

e. *malignus*. *Sagar* Sp. 5. naevus cancerosus, causticis irritatus, in cancrum myrmecium transit.]

2. *Naevus maternus*, *Sennert*. L. P. [cf. *Scripta Roederi* et *Krafftii*, aliorumque, vide bibl. anat. *Haller* et *cet.*]

Est decoloratio congenita, certis temporibus euanescens, vel decorescens, aliis reuertens, quae quidpiam a matre grauidā capitum, ipsique denegatum, vt vulgo ferunt, representat, vi siccum, morum, carnem apri, atque quo tempore siccus, mori, fraga maturescunt, viuideri colore nitet, et apud puellas suppressis catameniis intumescit. [Ut naevus distinguatur a similibus maculis, saltem hic locum quendam fibi vindicat. Non sine ratione, saepe profecto, dubites, de

vi imaginationis, naeuos producendi, quae potius saepe sunt nutritionis fetus abnormis progenies.]

VI. ECCHYMOA, *Ecchymose.*

Est macula adquisita, nigricans, vel atro-rubra, aut livescens, (succesu temporis flauescens), plana, aut parum prominens, quin depressa, et subsolitaria, a sanguine, in membranam adiposam subcutaneam effuso.

1. Ecchymoma ab idu, Ecchymosis Auditorum, Sugillationis Latinis, Livor Sennerti; pelidne Graecis; meurtrissure, contusione Gallis. D.

Differt ab aliis speciebus per cognitum impetum, quo corpus contundens partem fugillatam impegit, vnde differt a vibice. [Sunt, quid distinguant eam, quae fit per anastomosin, ab ea, quae per diapedesin accedit.]

Cognoscitur etiam ex dolore, et commixta quandoque inflammatione, coniunctio vulnere, cet. Pendet a cruento, in textum cellulosum effuso, cuius color trans epidermidem, aut curim, pellucet.

Curatur larga, aut repetita, phlebotomiâ, et potu calido resoluenti, flor. arnic. et fambuci, fomentis similibus, vt ex parietariâ contusa cum aquâ vitae mixta, aquâ sclopatriâ, Theden, aquâ saturninâ, solut. salis animon. in aceto, vino calido, pulueribus camphoratis: si leuis sit contusio, sufficit saepe aqua frigida ex qua charta madens parti apponitur, vel vnguentum album Rhasis: si metus sit gangraenae, aqua vitae camphorata, aqua reginae hungariæ, sapo venetus in vrinâ, vino, vel aquâ vitae solutus, applicantur, imo scarificatio-nes instituuntur; vide Heisler. chirurg. de contusione, cap. 15. et de venaelectione, cui superuenit ecchymosis.

2. pelioma. Macula, a sanguine effuso liuida.

3. Ecchymoma melasma Galeni; nigror Latinis. L. Macula, a sanguine effuso nigra.

Est species diurna, constans, senibus familiaris, quae potissimum tibias * infestat, sine principio evidenti, vnde a primâ specie differt. Mulieribus a catamenis suppressis super-venit.

* [Vidi ad manus, palpebram, nasum, in sene: pelioma etiam.]

3. *Ecchymoma vibex, vibices vulgo. A.*

Vibices sunt liuores, sponte in morbis acutis, vt typho, peste, variola, superuenientes, et longitudinales, quales verberibus caesae fuissent partes, vel flagellatae; curantur vt morbi acuti.

4. *Ecchymoma scorbuticum. C.*

In scorbuto praeter maculas exiguae, flauas, dantur et vibices et lentigines nigricantes, vel liuidae in tibiis, nec non magnae maculae palmares, vmbrinae, vel liuescentes, in cruribus, lumbis, dorso.

5. *Ecchymoma a compressione. D.*

Clunes, coccyx, dorsum, quibus diutius incumbunt aegri, in morbis tum acutis, tum chronicis, a diurna compressione nigrescunt, excoriantur, nec solum epidermis ac cutis gangraenescunt, sed quandoque malum hoc profundius serpit. [Quin imo vidi feminam, matrem, adeo teneram, vt a leuiori partis compressione, v. g. dum manum quieti in tabula per breve tempus dabat, hanc ecchymomatis speciem pateretur, licet mitiorem, vt pelioma, aut melasma, fisteret.]

Curatur 1° mutato situ et subleuatā parte a pressione per conuenientia puluinaria; 2° vino, in quo rosae rubrae ebullierint, ipsisque rosis applicatis; 3° remediis, gangraenam auertentibus: [albumine oui, ope spirit. vini coacto, saturninis mitioribus, corticis peruu. decocto.]

6. *Ecchymoma hypopyon Paul. Aeginetae, L. seu hypophthalmia Hippocratis.* [Liuor sub oculis: symptoma profluuiorum potissimum, seu sympathiae externae.]

7. *Ecchymoma palpebrarum. Ecchymoma hypophagma Aeginetae, Sugillatio; L. haemalops Hippocratis.* [Est vel a principio interno, vt scorbuto, aut ab iectu. Aliquando citra caliginem existit, grauior etiam, alias hanc pedisquam habet, quam cf.]

8. *Ecchymoma hyponychion, subunguum Sennerti lib. 5.* [symptoma potissimum tritaceae.]

Ceterae maculae pertinent ad caliginem in dysaesthesia, petechiam in exanthematicis, et ad decolorationes in cacheticis. [Huc tamen, quae habet Vogelius in gener. morbor.

a. *Serrae. N. 403. Macula alba in vngue.*

- b. *Cyasma*. N. 461. Macula fusca in fronte, labiis, aut manibus grauidarum.
 c. *stigma*. N. 457. Macula coloris coccinei.]

ORDO SECUNDVS.

EFFLORESCENTIAE. *Eleuures*. [Aspredines, cum cuticulae eleuatione ultra libellam cutis, humorales, exiguæ, gregales, apyretæ.]

DIFFERVNT a maculis, quod praeter coloris mutationem concurrat cutis eleuatio per asperitates cutaneas,

Pustulae sunt tumores exigui, ut diametri circiter linearis, (phyma, a. furunculus) colorati, qui apice suppurrantur, et in pus, vel in crustas, abeunt, (Gall. *pustules*, *bubes*.)

[*Pustula prostopica* Sp. 1. *Sagar*. Pustulae faciei in feredis et maturis iuuenibus vtriusque sexus. Salus ab aduerfis plethorae spermaticaæ.]

Papulae differunt a pustulis ex eo, quod non suppurrantur, sed quid humidi apice reiiciunt, dein abeunt in squamas furfuraceas, (Gall. *boutons*.) Graec. *Elcydria*.

Phlyctenae sunt tumores, exigui diametri linearis, qui pellucidi sunt, et aquam, vel serum, continent, et rupti exsiccantur, excoriantur, (Gall. *Phlyctenes*.)

[*Ophthalmica*. phlyct. in ipso oculi bulbo, vel palpebrarum margine et superficie interna, vnde ophthalmitis. Salus ab incisione, vngu. Sloani.]

Vari sunt tumores duri, colorati, pertinaces, qui sine suppuratione, ac pisi magnitudine, in glandulis sebaceis, desquamatione, diutissime permanent, veluti tubercula scirrhodea, Graecis thermintus, *ionthoi*, dicuntur, (Gall. *bougeons*.)

Hi affectus sunt gregales et cum exanthematicis inflammatoriis, ut variola, miliaria, rubella, cet, nec non cum impetiginibus cacheoticis, ut scabie, lepra, frambaesia, tinea, cet., conuenient; verum sunt leuioris momenti, quam v. morbis accenseantur.

VII. HERPES, *Herpe*, ou *Dartre*. germ. *Flechte*.

Est papularum congeries, seu efflorescentia ex tumori-
bus exiguis, rubris, aggregatis, pruriginosis, in squammas
furfuraceas, raro crustaceas, abeuntibus. [Passio congenita,
aut adquisita contactu personarum, aut rerum (v. c. collaris
confelli ex crinibus eiusmodi passione laborantium, cultro,
barbam tollente infecio, laetatu,) maxime adiuuantibus dis-
positione, calore, aere humido, calido, frigidoue, collaris,
aut fasciarum externarum, adstrictione nimia.

Differit a passionibus affinibus: eruptione, praegresso
pruriti celeri, saepe laruata in quavis parte: recursu facilis;
maxime vere, aestate, auctumno. Post abitum cutis brunneum
colorem sistit. Transire perhibetur, maxime repulsa, in varias
passiones, v. g. asthma, pneumoniam, rheumatismum, febrim.
At, proprie hoc pro genuina obseruatione non agnosco, neque
ideo passiones ex herpete repulso recensebo; quoniam alias mor-
bus subest, qui proprie perdurans alia passione tum stipatur. Sic
vere dicere non poteris: febrim sequi repulsum herpetem,
dum ambo sunt scabiosae passiones. Scabies morbus est, qui
perdurat, et vel herpes, vel febris, adsuerit, per antiscabiosa
vterque adfectus tollitur. Neque tum iuuabunt remedia, aut
herpeti, aut febri, contraria, nisi morbo aduersa adhibueris.
Igitur facile dijudicaberis hoc *Retzii* (de morb. cut. pag. 80.)
dictum, saepe in adfectibus, qui suppresso herpeti tribununtur,
ipsum adhuc herpetem vigentem possit obseruari. Non sufficiet,
ex acgro quaesiuisse, repulsum esse herpetem, et eius
aut restitutione, aut demulcentibus, rel. adquiescere.

Si qui enati sunt adfectus, v. g. hydrops, tabes, phthisis
ex repulso herpete denominati, ipse forte morbus, qui sub-
erat, transfit in aliud: v. g. scabies in hydrocatarrheum:
atque tum curatio huic adaptanda est. cf. Script. *Poupartii* de
hoc argumento. ex gall. S. tr. a J. Conrad. Argent. 1784. 8.
Bertrand de la Gresse tent. de cur. herpet. in noua coll. tract.
chirurg. fasc. 9. Lips. 1785. 8. p. 1 sq. (Commendat maxime
ad curandum herpetem usum extracti foliorum dulcamarae, et
obferu. plur. comprobat.]

1. *Herpes simplex Sennerti; Dartre farineuse, dartre sèche.* L. P.

Componitur ex papulis rubris, parum prominentibus, pruriginosis, non excoriatis, nec crustaceis.

Distinguitur ab aliis, maxime ex eo, quod facile sanetur vitio in parte tantum haerente, et sanguinis massain non contaminante. Principium est materies acris perspirabilis retenta, et mora acrior facta in cryptis, seu glandulis sebaceis cutis et faciei. [Si a materia transpirabili retenta deriuatur, restans catarrhalis pro simplici dicitur: aut aliud nomen meretur, si ad acrimoniam respicere volueris. — Aegritudines facile dicuntur simplices, et pro his venditantur, at saepe non sunt, quod curationem reddit difficultem.]

Curatur empirice topicis saepius alcalinis, ut oleo tartari per deliquium, oleo ex chartis, linteis, vel lignis combustis, exstillante, ruffo, acri, amaricante, quod salviae ieiuni hominis dilutum parti inungitur.

2. *Herpes serpigo: Turneri 2^a Species de morbis cutaneis cap. 5. Formica ambulatoria. Celsi; dartre encroutée. L.*

Papulae peiores, corrosivae, congestae aream circulari rem constituunt, acute pungentem, valde pruriginosam. Iliae papulae reliqua priori parte in viciniam se diffundunt, seu serpunt et pertinaces sunt: non raro exfudant humorem tenuum, et acrem, sed non suppurantur, nec resoluuntur: maior est sensibilitas, et acrimonia, quam in simplici.

Haec species exigit remedia, sanguinem edulcorantia, lixiniantia, ut *herpes miliaris*; nec non topica lenientia, ut ceratum Galeni, vel vnguentum rosaceum, cui decima pars sulphuris aut benzoini, aut duodecima pars mercurii praecipitati albi, adiungitur.

3. *Herpes miliaris Sennerti lib. 5. cap. 17; Amati Lupitani Cent. II. cur. 37; Frid. Hoffmanni, Tom. II. pag. 426; Turneri 3^a species; dartre miliare. L.*

Iuxta Sennertum constat ex hydatidibus, seu vesiculis, granum milii aequantibus; verum rectius ex Turnero sunt papulae exiguae, corymbosae, in diuersis partibus, ut collo, lumbis, pectore, femoribus, circum inflammatae, febricula stipatae, quarum apici rupto inhaeret molecula crustacea sub-

rotunda, flauescens, grano milii similis, vnde nomen; apex
pustulae albescit, cum suppuratur; sed pus est viscidum,
cruftaceum: interea applicatis vnguentis perspirabilis mate-
ries, et vnguent cutaneum linteis adhaerent, vnde non par-
uum incommodum, quippe motu corporis soluitur haec hae-
reptia, quod dolorem creat, et epidermidis excoriationem.
Maior est sensibilitas, et acrimonia ac feroor, quam in fer-
pigne.

Potissima serpiginis et miliaris herpetis cura versatur in
edulcorando, et leniendo sanguine, in quem finem, praemissa
phlebotomiā, et catharsi, iuscula ex pullo, ranis, cum pau-
cis canceris fluuiatibus, vel millepedibus, radice enulae, la-
pathi, foliis eichorii, beccabungae, nasturtii aquatici, fuma-
riae, acetosae, cet., repetenda sunt, serum lactis, harum
plantarum succis alteratum, diu vsurpandum; lacticinia dein et
balnea alternanda; verum nihil est utilius, nisi acidulis
Vallenibus, aut similibus, per triduum identidem, tempe-
state conuenienti, ante balneorum usum, purgare, quod om-
nibus topicis praefstat. Interea aeger cibis insipidis, refrige-
rantibus vtatur, fructibus mollibus maturis, aquā solā absque
vino; valedicat caffè, cocolatae, liquoribus spirituosis; et
quoad topica, forte satius est, vti tantum illis, quae adhaesio-
nem cum tunica praepediunt, vt cerato *Galeni* recentissimo, bis
in die renouando; feroorem tamen optime sedat liquor saturni,
vel eius sal, cerato commixtus; cauendo tamen, ne repercutia-
tur vbiique simul ichor acer, qui eo periculosius supprimitur,
quo malum est magis inueteratum; vnde caute vsurpanda
sunt topica acida, et repercutientia, ab auctoribus laudata,
quae acetum, lithargyrum, alumen, et similia, recipiunt.

4. *Herpes efflioni* *menos Galeni*, *herpes Galeni* method.
med. cap. 17; *Herpes exedens* vel *depascens Turneri* spec. 4^a;
Dartre rongeante; C.

Differit ab erysipelate exulcerato, quod solam cutem ex-
ulcerat herpes, erysipelas vero carnes profundius exedat, cum
exulceratur; huic speciei maxime competentia remedia interna,
dum de miliari egimus, praescripta, per plures menses vsur-
pata, interea vclus illud aquā hordei, et melle, vel aquā aci-
dula tepida bis in die affusa mundatur, dein vero cerato *Ga-*

ioni, vel vnguento quodam cerussam, lithargyrumue, recipiente tegitur; imo quandoque ad fortiora deueniendum, ut praecipitatum album, aethiopem mineralem, aeruginem, nec non ad escharotica, quae laudabilem suppurationem denique promoueant, consuetâ methodo curandam.

5. *Herpes venereus Afric. lib. 4: Dartre vénérique; C.*

Cognoscitur tantum ex signis syphilidis confirmatae; illum fouentis, herpes simplex insidens auribus, capitis parti capillatae, reficitque omnibus remediis vulgaribus; soli mercurio, aut alteri specifico syphilidis, cedit; adeoque, praemissis remedii generalibus, quae ad litum mercuriale praemitti solent, ut phlebotomiâ, catharsi, balneis triginta, vel quadraginta, diaetâ lactea, cet., ad litum mercuriale deueniendum est; simulque vnguentis admiscenta præparata mercurialia leniora, ut aethiops antimonialis, aquila alba, præcipitatum album. Sunt, qui in hoc morbo commendent pilulas Bellostii, quae minime spernenda videntur. [Tentanda præter mercurialia, tinct. canthar. Disp. Edinb. cum mucilag. gummi arabici data, aut iuuat tinct. antien. domestica.]

6. *Herpes perifolii Graecor. zona et xyster quorumdam; Gall. la Jarretière; L.*

Est herpes farinaceus siccus et simplex, qui popliteum, ubi zona vinciri solet, infestat.

7. *Herpes collaris; le collier. L.*

Collum ecclesiasticorum nostro tempore saepius herpete afficitur, propter acrem tincturam, quâ linteum ipsorum collare inficitur, constante ex vitro caeruleo, cobaltum recipiente, puluerisato atque glutini farinario addita; distinguitur vero ab aliis speciebus, collum etiam afficientibus, ex figura circulari collaris, quam imitatur. Eaœ species probat a principiis externis inuri posse herpetes; sanatur autem remoto principio.

8. *Herpes pustulosus; Dartres boutonnées. L. populosus, Sagar.*

Sunt pustulae, papulae potius, pisí circiter magnitudine, discretæ, raro confluentes, atro-rubrae, intense dolorificæ, cum pruritu, glabrae, per collum, mammae, cet., sparsæ, quarum apex cito nigricat, sensum amittit, exficeatur, et

necroſi corripitur. Sanatur hic affectus cerato Galeni; (vel bu-tyro illita cruxa decidit) camphora, cort. peruu., praeter sanguinem demulcentia.

9. *Herpes zoster*; *Zona ignea* Fr. Hoffmanni T. II. pag. 426; *Zona Russelli de ysu aquae marinae* pag. 124. *Ceinture dartreufe*. *The singles Anglis*. An diuersus a perifelide?

Herpes mali moris, peccus speciatim et praecordia, occupans, cum cardialgia, calore morboſo, cutis inflammatione, dolorifica exulceratione, pustulisque paruis et lucidis, infar cinguli ad manus latitudinem in peccore disperſis. Vide *Ser verinum de abſeffib⁹ L. 4. c. 95*; *Tulpium L. 3*; *Langium*, qui ex vlcere cruris intempeſtive sanato hunc ortum vidit.

[10. *Herpes scrophulosus*. *Selle med. clin.* p. 217. *Poupart* p. 53.]

II. *Herpes plethoricus*. *Lorry de morb. cut.* pag. 303. *Poupart*. p. 42. in grauidis, haemorrhoidariis.

12. *Herpes syphiliticus*. *Selle l. c.* *Poupart* p. 53. E gonorrhœa ſuppreſſa frequentiſſime oriundum ponit. Exedit. Salus a gonorrhœae reſtitutione.

13. *Herpes biliosus*. *Selle l. m. c.* *Poupart* p. 18. *Retz de morb. cut.* p. 78. Salus a purgant. mercur. et veficatoriis ta picis.

14. *Herpes catarrhafus biliosus*. *Wagler de m. mucoſo*, pag. 47.

15. *Herpes scorbuticus*. *Poupart* p. 52.

16. *Herpes criticus*. *Poupart*. pag. 20. Ex febri natans eophofin ſoluit.

17. *Herpes arthriticus*. *Poupart*. p. 23. *Lorry l. c.*

18. *Herpes scabiosus*. *Poupart*. pag. 25 sq.]

VIII. E P I N Y C T I S.

Cognoscitur ex phlyctenis atro-rubris, aggregatis, trium vel quatuor linearum in diametro, tibias ut plurimum affici entibus, et nocte potissimum acriter pungentibus. [Lorry de m. cut. pag. 263. Arabes feram noctem, pustulam ferotiam et nocturnam, vocant. — Dicuntur ab epi ante et nyctis nox, quia sub noctem tantum ſaeuunt.

I. *Epinyctis vulgaris*. B. P.

Phlyctaenae mihi visae sunt, licet primo aspectu latae et crassae pustulæ videantur, parum eminentes, calore vrenti per noctem stipatae, quæ apice crepant, acrem ichorem fundunt, mane sedantur, vespere iterum intensius rubent, febriculam, anxietates, perugilium creant, et aliqualem aegritudinem, quæ plures dies diuexat.

Curatur phlebotomiæ, diaetâ refrigerante, cathartico antiphlogistico, iuscûlis emollientibus; parti vero applicatur cataplasma emolliens ex floribus malvae, seminibus lini et similibus; demum sedato dolore epidermis frustulatim dilabitur. An ad psydriacæ genus pertineat, viderint alii; nec enim illa genera adhucdum sunt fatis determinata.

2. *Epinytis pruriginosa, malum cutaneum singulare* D. Billebaut Vandermonde journ. 1756. pag. 340. L.

Brachia et crura obsident maculae rubro-rutilæ, quæ extra lectum statim apparent cum importuno pruritu; aegro vero vespere lectum repetente euanescent, et sic porro per annos integros. In muliere post grauiditatem maculae tumuerunt, et pollicis, aut semi-pollicis diametrum adeptæ sunt eam pruritu intolerabili: tempore quidem grauiditatis euauerunt, sed deinde omni tempestate viguerunt.

3. *Solitaria Lorry* pag. 264.

Pustula vnicæ, vix notabilis, mucoso pure folidâ, ad tactum exquisito sensu donata, vt leniter tacta, eiulatus enormes extorqueat: nunc mediocriter dolet, nunc atrocissima infert tormenta: salus interdum a paucioribus et minutis pustulis, huic proxime accidentibus.

IX. PSYDRACIA, Eruption.

Psydracium communiter dictum est, iuxta Galenum, efflorescentia, quæ in diuersis corporis partibus accidit, in summo rubicunda; alibi vero psydriacæ esse vesiculosæ, vel phlyctaenodes innuit: verum faepius accidit, vt initio efflorescentia sit rubra, intus firma, quæ deinde cuticulæ separationem a cute inducit, vnde intus caua, vacua, vel sero flavo turbida videtur. Huic speciei sequentes accensimus.

1. *Psydracia porcellana*; *Rosa saltans Avicennæ*; vulgo Monspelii *la porcelaine*; B. an *Efferâ Sennerti*?

Sunt efflorescentiae solitariae, pollicaris aut maioris diametri, in pectori, brachiis, aliisque partibus tectis, subito exorientes, dein recedentes, iterumque redeentes, coloris rosei, diffusae, et numero plures.

Hic affectus raro febriculam comitem habet, vere non raro omnis aetatis et sexus; sed praecipue florentes et biliosos, aggreditur; et diaeta tenui, refrigeranti viatu, aut ad sumum ope phlebotomiae intra paucos dies euaneat per resolutionem; neque enim suppuratione, excoriatione, aliisque euacuatione, terminatur.

2. *Psydracia a vespis, piqueures de guêpes, cousins, cet. B.*

Morsus culicum, apum, vesparum, sequuntur efflorescentiae rubro-roseae, erysipelaceae, dolore pungitivo, viudo, stipatae; et si oculis attentis singula efflorescentia circumspiciatur, in apice videtur punctum, cui insecti aculeus saepius infixus remanet.

Contra puncturas, ab apibus inflatas, nullum melius est auxilium, monente *Reaumurio*, quam partem punctam aqua frigida identidem renouata fouere. Aculeum aciculare extrahere non raro tentant, qui oculati sunt; sed dolor pendet a veneno acido, corrosivo, quod secum intulit aculeus. Huc spectant vespa, crabro, culex pipiens, culex pulicarius, cet. [Contra puncturas, a vespis illatas, laudant nuperi tubera solani esculenti, ad partem adfectam adplicata, et renouata, quem incaluerint. Omne narcoticum substitui poterit.]

3. *Psydracia vrticata. B.*

Vrtica vrens habet aculeos tenuissimos, succo venenatos peruios, qui efflorescentias, acriter pungentes et erysipelatas, excitant.

Phaseolus pruriginosus Americanorum excitat pruritum intolerabilem per aliquot horas, villis suis acutissimis oculum fugientibus.

Cacti diuersae species tenuissimis etiam spiculis pungunt, sed veneni expertes sunt: [tamen ruborem et acrem pruritum diu excitant spiculae, ultra annum in cete haerentes, ut vidi, cacti opunt ad podagrum commendaturus.]

4. *Psydracia ab acaris, Sirones vulgo, Gall. Cirons. B.*
Sagar Spec. 3.

Nomen sironis tribuitur et papulae, et insecto, quod hanc excitat; insectum illud intra manuum, pedumue, cutem se insinuat, in pustulas attollit pruriginosas rubras, quae dein exulcerantur; (sed praeter hanc speciem sunt alia insecta, quae nos lacessunt, et efflorescentias diuersas creant, ut formica rufa, formica rubra, pediculus pubis, pediculus humanus, cimex lectularius, pulex communis, aliaque, quorum punctuiae ita imitantur quandoque efflorescentias spontaneas, ut medici incerti haereant, maxime si dormientes aegri fuerint ab hisce insectis lacessiti, adeoque originem sydriacae ignorant. Alijs morbos ab insectis excitatos videre est in malide inter impetiginosos cacheoticos.)

Sirones acu effodiuntur, et locus affectus vino, vel acetato, in quo pauxillum nitri, vel salis marini, fuerit dissolutum, abluitur; vel etiam lixiuo vulgari cinerum detergitur: dein unguentum amarissimum ex decocto absinthii, tanaceti, myrrha, aloë, confectum, aut denique, si affectus pertinax fuerit, decimam hydrargyri parte onustum, parti illinatur.

5. *Sydracia acne Aetii, acna; Vari Sennerti, lib. 5. cap. 23. Gonthos Graecis; Gall. Bourgeons. L.*

Sydraciis connata sunt tubercula faciei, vari dicta, ait Sennertus. Sunt scilicet tumores exigui, rubri, duri, pertinaces, qui vix umquam suppurantur, nec dolent, nec pruriunt, et tantum faciem deturpant, maxime distincti a tuberculis frontis, de quibus egimus in gutta rosea syphiliticâ, nec non ab elephantiasi, quae cum raucedine, faciei inflatione, et tuberculis, initio rubris, incipit.

Tribuuntur alimentis crassis, et apud quosdam pueros usque ad adolescentiam perseverant, dein euanscunt: [nisi et tunc perseverantes ad plethoram spermaticam referre volueris.]

An ad guttam roseam attineant potius, ut vari vino deditorum, iudicent alii. Remedia ex Sennerto eruite, cap. 23. lib. 5. part. 1.

6. *Sydracia diurna: Billebant Journal de Medec. Novemb. 1756. L.*

Mulier a pueritia ad aetatem 24 annorum obnoxia erat maculis rubris, nitidis, pruriginosis, quee successu temporis pollicis extensionem adipiscabantur, cum superficiario tumore,

calore acri, quaeque per totum corpus mane enascebantur, et noctu cuanescabant.

X. HIDROA, * Echauboulure.

Sunt exanthemata milii granis non maiora, subito in eute exorta, conferta, et vt plurimum fugacia, non cohaerentia, phlyctenoidea.

1. *Hidroa sudamen; sudamina Sennerti; Ecesmata et hidroa Graecis; asef et alhasef Avicennae; Gall. Echauboulure, vel Echauboullure; Occitanis cambroul, ébullition de sang.* B.

Exanthemata illa dorsum, pectus, brachia, crura, saepius afficiunt, numerosissime confita, rubra, pungentia, acri-ter dolentia; iquenes et calidos potissimum adoruntur aestiuo tempore.

Hic affectus viatu refrigerante curatur, et sponte recedit; attamen exanthemata possunt elui aqua roscarum aut plan- taginis cum camphorae grano uno aut altero, vel balneis domesticis etiam cedunt, quorum tamen ysu horum eruptio plerumque iuuatur. Exsiccantur demum haec pustulae, et delabuntur.

2. *Hidroa alba, B.*

Aestate pariter familia prioribus per cutem exoriuntur sudamina, sed cuti concoloria, pellucida, vesiculosia, granis milii non maiora, pungentia, fero turgida atque fugacia, mihiaribus affinia.

Cutis etiam a frigore subito exasperatur, et vulgo *catis auferina, Gall. peau de poule,* dicitur, exiguis vesiculis, grano milii minoribus, sub epiderraide exortis. [Ego vero non tam vesiculas dixerim erumpere, quam potius indurari et turgere ductus excretorios, ut minora oriantur tubercula, epidermidem inaequaliter attollentia.]

3. *Hydroa symptomatica, B.*

Sunt pustulae rubrae, pruriginosae, quae in aliis morbis cum sudore potius erumpunt, ut in rachialgia vegetali, atque tunc acidum olet sudor.

4. [*Hidroa secundaria scabiosa.*]

* [*Reflexive Hydroa.*]

Post supereratam scabiem per plures annos v-x et ultra,
ad manus potissimum, maxime aestate, calore, crumpunt
paruae pustulae diaphanae, interdum aere turgidae, rarius
lympha, quae cum desquamata cuticula euanescunt.]

ORDO TERTIVS.

PHYMATA.

VULGO tumores, sunt protuberantiae notables, saepius solitariae, [quae illae sitis integumentis, citra fluctuationem, aut procidentiam, ossiumque intumescientiam, carnem infirmam, fluidis congestis oneratam, fistunt.]

Differunt a maculis et exanthematibus, in quibus nulla omnino, aut exigua, partis eleuatio, et potius asperitas ex numero sis cithymatis; a cystidibus, in quibus magna receptacula fluidum collectum continent, unde fluctuatio; ab excrescentiis, quas firmitas carni, vel ossium, similis comitatur; a procidentiis, quae parti solidae, e sua sede dimotae, debentur.

Phymata terminantur resolutione, desquamatione, decorticatione, suppuratione, induratione, gangraenâ, vel remollitione.

Optima terminatio, nisi materies morbifica sit venenata, est resolutio; si sit venenata, est suppuratio, aut eschara, quam comburendo excitamus, quae est veluti necrosis. Desquamatione ad exanthemata multa attinet, ut rubeolam, herpetem; crux, quae est suppuratio sicca, ad pustulosos affectus, ut variolam, tineam; decorticatio ad erysipelas, erythema, cet.

XI. ERYTHEMA, *Erysipela*. [Erysipelas apyretum, cf. erysipelas.]

[Ad erysipelas recte mihi video referre, quae ad erythema posuit A. non satis sibi ipsi constans. Ipse enim A. erythema statuit esse erysipelas apyretum; at ipse quoque negat, maius et minus mutare rem, atque efficere, ut varietates, quin species aegritudinum, constituantur. Quare cum nemo hic usque exanthemata apyreta ad peculiarem classem

referret, nec peculiari nomine insigniret, si varicellam excipias, ad erysipelas iure refero erythema.]

XII. OEDEMA, *Oedeme, infiltration, enflure.*

[Recte quoque oedema mihi videor considerare tamquam speciem anasarcae, seu phlegmatiae adiungo, q. cf.]

XIII. EMPHYSEMA, *emphyseme, boursoufflure.*

[Emphysema quoque refero ad pneumatosin.]

XIV. SCIRRHVS, *scirrhosis Caelii Aurelianii, Squirre.*

Hic scirrum simplicem consideramus, non ut principium morborum, sed ut vitium seu symptoma qualitatis mutatae, cuius curatio eadem ac scirri sequentis.

[Vtique reclus scirri pro mörbo protopathico habentur, adeoque maiorem inerentur attentionem, et alium locum fibi vindicatur sunt. Occurret in supplementis.]

Vulgo definitur tumor durus, renitens, indolens; [Dixerim; subcutaneus, carnem, aut viscus, tenens, ab excrecentia, aut scrophulis, distinctus;] verum definitio nimis generalis est, nec cum scirro confundi debent strumae, bubones, mullo minus excrecentiae callosae, durae, ossicæ, verrucosæ, escharæ, sclerysmata; genus hoc itaque intra sequentes species restringetur, a doctrinibus reclus determinandum.

1. Scirrus hepatis; squirre au foye. C.

Dicitur adesse, quoties infra integumenta hypochondrii dextri persistunt resistentia solito maior, constans, cum immundo sensu, seu fine dolore alio, ac qui ex pondere adauicto procedit.

Cum exigua est resistentia, diurna tamen et sine dolore, obstru^clio hepatis dicitur, seu scirrus incipiens imperfetus. Si nullus est tumor, est tantum durities, quae quandoque cum volumine visceris imminuto aut condensato reperitur, teste Sepulchreto Boneti, vocatur scleryma; sed scirrum visceris ab eius sclerymate vix distinguere potest medicus, nisi exercitato cadauere, cum natuum visceris volumen in dato homine vix cognoscatur, nec distinguamus tactu, utrum pars visceris, utrum totum viscus, duritie afficiantur.

Quae narrant veteres de humoribus, melanocholico et pitui-
tofo, crassis, inspissatis, merae fabulae sunt, in physices igno-
rantiam refundendae. Quoties dissecui hepar phthisicorum,
aut eorum lienem, quae ta& qui renitentia scirrhosa videban-
tur, toties inueni maiores carnium densitatem, qualem in-
uenio in larido sale indurato, in carne exsiccatâ fumo; viscera
tamen illa non erant tumida; ergo ad duritatem non necessaria
est ullius peregrini humoris congeffio vel cumulatio: sufficit
vel 1° ut fluida in vasis contentâ sint viscidiora; 2° vel, ut vase
sint arctiora, numerosiora in dato spatio, vel, ut fluida tardius,
difficilius, possint ex viscere elabi; alterutro enim ex his posse
indurabitur viscus.

Scirrhum hepatis saepe comitantur hepatalgia, aurigo,
quartana, ascites, quae videantur suo loco.

2. *Scirrhus lienis, squirre à la rate; C.*

Est resistentia saepius cum tumore in regione hypochondrii sinistri exorta; quandoque longe, lateque diffusa, sine dolore, praeter sensum grauitatis, diutissime permanens; si firmitas regionis lienis sit minor, obstruc*tion* lienis nuncupatur hoc virium, quod vulgo est principium diuersorum morbo-
rum, ut splenalgiae, quartanae, melastomae, ascitis, cache-
xias, de quibus suo loco agemus.

Difficillimum est iudicare, a quo principio pendeat scir-
rhus lienis et hepatis; vulgo tribuitur uterque sanguini crasso
et viscofo, tartaro; sed hoc ex theorâ gratitâ; nec enim
ex eo, quod hepar sit firmius liene, lien pulmone et cerebro,
sequitur ut in hepate sano haereant humores crassi, et viscidii;
saepe etiam viscera dura sentiuntur a pressione mutua absque
eo, quod humorum illa crassities possit incusari. De his in *he-
patalgia*, et *splenalgia*, ac *physconia* agemus.

Scirrhum lienis sine tumore, seu eius sclerofima, obser-
vauit Littre (*Hist. de l' Acad. R. des Sc. 1700*); lien scilicet
petrefactus vnam et semiſsem tantum ponderabat. Fre-
quentior est *megalosplenia*, quae splenis magnitudo adauita
sine duritate audit. Visi sunt splenes ultra xx, imo xxx libras
ponderantes, qui in statu sano vix semilibram attingunt. *Mor-
gagni Epistol. XXXVI. 18.*

EXCRESCENTIAE. SARCOMA. 187

3. *Scirrhos Lupia, Glandula Auicennae, Lupia Castelli; Lupe, glande, tumeur scrophuleuse, squirrense.* L.

Tumor durus, indolens, permanens, subsolitarius, cuti concolor, subcutaneus in diuersis partibus. Differt a *scrophulid*, quia est solitarius tumor, et multum successiue excrescens, ut circa articulos genuum, maxillae, circa caput, aliasque partes. Differt ab *excroscientiis*, ut farcomate, quia ab humore congesto, non a nutritione partis adauicta, pendere censetur. Differt a *lupid*, quia non est cystis, seu saccus humore infardus, nisi in illam degeneret; quandoque in cancerum mutatur; cum est exiguis vnis, aut alter, vulgo *glandula* vocatur, et in suppuratum minime vergit.

XV. PHLEGMONE

XVI. BVBO

XVII. PAROTIS

XVIII. FVRVNCVLVS

XIX. ANTHRAX.

XX. CANCER

XXI. PARONYCHIA.

XXII. PHIMOSIS.

ORDO QVARTVS.

EXCRESCENTIAE, *Excroissances.*

SVNT tumores, qui fiunt per conuersionem succi nutritiæ copiosioris in partem solidam; adeoque 2º lente crescent, et adolescent sensim, sine sensu; 3º non sponte abeunt in suppuratum, sed veluti immutabiles, cuti concolores, indolentes in suo statu perseverant; sola lordosis huius ordini minus conuenit. Causa est succi nutritiæ, vel cum vasis partis affectae adhaerentis et affinis, appulsus vberior, eiusque assimilatio et in partem conuersio. Excrecentiae variant pro diuersa consistentia et sede; hinc genera sequentia deducuntur.

XXIII. SARCOMA, *Sarcome.*

Est excrecentia carnis consistentiam circiter obtinens.
[Species et differentias in suppl. quaere.]

XXIV. CONDYLOMA, *Condylome.*

Est excrescentia firma, carnis durior, ossibus mellior.

1. *Condyloma tylus*; *durillon*, *callosité*; *tyloma Graecis*. L.

Est excrescentia epidermidis in manubus, pedibusue, minime adhaerens tendinibus aut periosteo; accedit pedibus, si pedibus nudis incedere affuetanum, manibus vero accrescit ab instrumentorum crassiorum assidua tractatione; tactum tollit.

2. *Condyloma clavus*; *Cor des pieds*. L.

Est excrescentia callosa, dura, tendinibus aut periosteo pedum, manuumue, adhaerens: hinc a pressione dolens, famigilans illis, qui arctioribus calceis vntuntur. Clavi differunt a verrucis, porrisque, quod in centro suo gerant callum durissimum, quo eradicato non dolet pars, vsquequo nouus nucleus efformatus fuerit; emollitur nucleus ope foliorum sedi, telephii, emplasti de mucilagine; praemissio pediluvio tepido eradicatur. [Ortus cauetur continua in vngues cuticula soluta cultro, frequenter adiplicato; puluae mali citri aut emplasti resoluentis impositione aufertur.]

3. *Condyloma callus*; *Calus ou cal*. Vide Sennerti lib. 5. part. 5. cap. 5. L.

Est tumor excrescens ad commissuras ossium fractorum, seu periostei fracturas colligantis intumescientia, quae mole noget, aut deturpat artus, differt ab exostosi ratione ortu.

4. *Condyloma ganglion*, *Heijer*. de ganglio cap. 171. L.

Est sphaericum, firmum, indolens, album, tendinibus vel ossibus accretum, sed lateraliter mobile, nisi ut plurimum magnitudine, in manibus, pedibusue vulgo obujum. Resoluitur, sed difficulter, frequenti fricatione, pressione per laminam plumbeam, emplastro de vigo cum mercurio resolumente, vt Disp. Bor., sapon. guaiac., electricitate, imo repetitis malleoli ielibus: demum potest extirpari per incisionem, sed raro ita nocet, vt ad operationem deueniendum sit.

5. *Condyloma fucus*, *syphiliticum*, *sycosis Graecor. fuc*. L.

Fici vocantur condylomata podicis aut vulvae, quae fucus fructus referunt; qui cogniti fuerunt Martiali, adeoque

longe ante cognitam syphilidem; dantur autem hodie fici syphilitici.

6. *Condyloma thymus, syphiliticum, crêtes, pendeloques, et. D.*

Variant condylomata syphiliticum pudendorum, et ani, alia cristas, alia flores thymi, alia brassicam caulifloram referunt, tum figuræ, tum colore, ynde diuersa nomina.

Illæ diuersæ excrecentiae syphilitice sunt indolentes, ut excludunt quandoque in vñ balneorum, saltem adhibitæ hydrargyrosi; verum si his resistant, vel cathaereticis erodendæ, vel forcipibus sunt excindendæ durante hydrargyrosi. [Sæpe admodum perinaces, tolluntur: mercurio sublim. corros, in aqua aut spiritu mastich. soluto, euphorbio.]

Cæve, confundas condyloma ani cum mariscis. Vide *haemorrhoidem, Claff IX.*

7. *Condyloma porrum; Porreau. D.*

Est carnis immersum, vix extra cutem prominens, de cetero verrucae simile: aliud est purum, aliud syphiliticum, quod genitalibus adnascitur. Curatur ut verruca.

XXV. VERRVCA, *Verrue.*

Est excrecentia cutanea prominens, condylomate minor, sensu destituta, indolensque, nisi confundatur cum carcinomate primæ speciei.

Difficile est, verrucam a condylomatibus generice distinguere, nisi, quod verruca omnino cutanea est, et censetur tumor ex papillis nerueis induratis genitus; pisi circiter magnitudinem, et figuram aemulatur, cuti concolor est, nisi cum næuo sigillo complicetur, quod non ita rarum est. Differt a porro, quod extra cutim emineat, imo saepe petiolata sit; porrum vero, ut condylomata omnia, infra cutim radicatum sit.

1. *Verruca simplex; verruë; acrochordon Graecis. L.*

Est fere petiolata, solitaria, saepius congenita, digitis, collo, aliisque partibus, adnascens, pisi magnitudine; differt a carcinomate, acrochordone, aliisque speciebus, quod nullo modo doleat, et sine sensu ressecari possit: plures sunt quoque in corpore, sed ab inuicem seiuinctæ, non gregales.

Curatur affricu foliorum heliotropii Europaei, campanulae hederaceæ, chelidonii majoris, euphorbii succo cet.

2. *Verruca gregalis; an formica Latinorum?* L.

Dantur saepe in facie, alibique, exiguae verrucae, dense, confitae, caput aciculæ adaequantes, etiam in apice nigrae, congenitæ saepius, omnino indolentes, de cetero myrmecis similes.

3. *Verruca syphiliticas verruæ veroliæ, Afruc. I. 3. e. 9. C.*

Pudendis, et podici adnascitur; acquisita est, et a viru syphilitico pendet; fissilis, et carnibus immersa, *porrum*, vel *porrus*, vocatur.

Verrucae simplices vel setæ equinae, aut fili serici, interuentu ligantur, vel volsellâ extirpantur, vel apice deraſac, spiritu salis, aut si fortius requiratur, oleo vitrioli, aquâ forti comburuntur, aut aciculâ infixa ad candelam valde excalcat. Qâ similiter vruntur, vel lapide infernali eroduntur, cauendo tamen, ne cathaereticum, et causticum viciniam laedat; verrucae vero syphiliticae, praemissa hydrargyrosi, puluere fabiane puro, vel pauxillo ochrae additæ, temperato, apice prius deraſo, sensim eroduntur. Vide plura apud *Afrucium*, in eius tract. de tumoribus, ed. germ. a G. L. Rumpelt T. II. Dresd. 1761. 8.

XXVI. PTERYGIVM, Onglet.

Est excreſcentia carneæ vel membranaceo-vasculosa ad oculi canthum exorta, alam expansam referens, et versus corneam se extendens.

Differat *enanthide*, figurâ sua membranacea non sphæroidea, nec granulosa; a farcomate, ad palpebras nascituro, et sphærico eo, pterygium, quod ipso oculi cantho, præcipue nasalí, adhaereat.

1. *Pterygium ungula Heister.* Chir. cap. 57. *Saint-Yves* chap. 23. *onglet.* L.

Differat maxime a caligine, quam onyx, vel vnguis, exccitat, licet nomine conuenire videantur.

Curatur vel medicamentis, vel operatione. Medicamenta sunt lenia cathaeretica, vt alumen vſtum, vitriolum

album, imo viride aeris, quae cum faccharo mixta, et tenuissime puluerata pterygio insperguntur semel quoquis die, et pterygium recens absunt. Si vero pterygium sit vetus, et magnum, filo traieclum debet dextrâ manu forcipibus differari, et residuum leuibus cathaereticis absumi; sufficit tamen post operationem, fero et mane, aquâ vitae vulnus souere. Vide *Caliginem*.

[Tamquam eximum remedium contra hunc adfectum praedicat *Baldingerus* (edit. pharm. Edinb. I. p. 274.) puluerem, cuius parua portio quotidie oculo inspergitur, secundum hanc compositionem: *rec.* *Sacchari* albi, *Eoli* alb. v. rubr. *Cremor*. *tartari* partes anaticas, tutiae praeparatae q. v. m. f. puluis tenuiss. Valet etiam in ophthalmia, *nephelio*.]

2. *Pterygium pannus*; *te Drapetum*. L.

Frequentius est illud pterygium, in quo cum telâ, palebris etiam nestante, et versus pupillam extensâ, sunt venae rubellae, turgidae. Vide *Caliginem*. Eodem modo curatur, quo prius, sed venulae varicofae dextra manu sunt separandae et secundae, atque cohaesio cum palpebris soluenda.

Cum pterygiis male confunduntur diuersa carcinomata oculorum, quae ab his maxime discrepant.

[3. *cancrosum Sagar* Sp. 3. *malignum*.]

Est diuersi coloris, lacinans, vasis varicofis. v. *cancer*.

4. *lardaceum Sagar* Sp. 4. *pinguecula*.

Molle, indolens, flauum, ex canthu externo oriuntur. Salus in amputatione.]

XXVII. HORDEOLVM, *Orgelet*.

Est tumor durus vix sensu gaudens, cuti concolor, raro rubens, in palpebrarum limbo enascens, sphaericus, piso ut plurimum minor.

1. *Hordeolum grande Attii*; *Krithe* *Graecis*; *Grain de grêle*. L.

Est hordeolum durius, et scirrhosum, immobile in parte internâ palpebrae, corpus pellucidum continens.

2. *Hordeolum chalazium Heister*. Chirurg. cap. 43. L.

Est tuberculatum mobile in limbo palpebrarum scirrhosum.

3. *Hordeolum siro*; *Ciron des paupières*. L.

Est tuberculum phlegmonodeo-scirrhosum.

4. *Hordeolum steatomatosum Sennerti; Orgueil.*

Est parua lupia limbi palpebrarum plena muco sebaceo, vel melleo.

5. *Hordeolum verrucosum; verruë des paupières. L.*

6. *Hordeolum hydatidosum, Aquala Sennerti. L.*

Curatio fuse videatur apud Heisterum. Siro emplastro de mucilagine, vel diachylo tum resoluitur, tum in pus mutatur; steatomatosum lanceola aperitur, et contentum exprimitur; cetera similiter excinduntur, vel aperiuntur, vel lapide infernali corroduntur.

XXVIII. BRONCHOCELE, *Gouttre. Trachelophyma: Sagar.*

Est excrecentia, vel tumor (scirrhosus), anticae partis eoli; aegri gutturonis dicuntur.

1. *Bronchocele Botium Roncallii medic. Europae pag. 228 et 109. L.*

[Tumor steatomatosus, atheromatosus, raro scirrhosus, glandularum thyroidearum, mollior scirrho, indolens; lympha, mucus, sebacea, vel mellea materies, in folliculis glandularum congesta producit flumam.]

Bergami familiaris est, et *hernia gutturis* vocatur. Rusticos saepius afficit, quam ciues, et mulieres prae viris, quod tribuit eruditus *Pasta* debilitati harum partium ob vomitos frequentes grauidarum: saepe hic tumor pendet a gurgite adinfilar pyri; quandoque sponte in suppurratum abit; saepius ita indurescit ut cartilaginis instar resistat.

Licet hic morbus hominem deturpet, vocem eius laedat, mentem hebetet, dyspnœamique creet, pauci sunt, qui cum medicamentis, aut ferro, aggrediantur, quin discusso tumores gyaues, pectoris morbi, ut tussin, asthma, sibi parent, imo phthisin, nisi affectus recens fuerit, qui solus tuto potest curari. Occurrit saepe in grauidis, diu multumque vomientibus, aut superuenit doloribus partus; inde pueras magis afficit, quam virgines quas tamen, potissimum scrophulas ante, aut male menstruatas, tangit.

Curatio. [Aut febri ipsa natura integre, aut multum, bronchoelen discutit, aut vomitus frequens, multam viscidam, instar casei, materiam expellens iuuat; quare resoluentia, subemetica, emetica, hinc puluis antimonii crudi, Kerm. min., antim. diaph. non ablut, tart. emet, rel. iuuant. — An pro habitatione littus maritimum, iter maris? Balneum mari? Haustus aëris salsi in salis cocturis? Hic fecisse quid visus aliquoties.] Spongiae marinae torrefactae puluerem deuoratum auxiliū plurimum afferre constat; alii vtuntur adstringentibus, vt galla, spongia cynosbati, cupressi strobilis, alumine: ast *Pasta*, laudat ante illa remedia, praemiis à phlebotomiā et catharsi, 1º vsum salis prunellae, cuius scrupuli duo in aquae pluialis vnciis quatuor bibat, singulis diebus, per quadraginta dies; 2º quotidie leniter fricitur tumor, et superimponatur spongia, tincta in vrinā tepidā cum oclauā parte salis prunellae (emplastr. de cicuta, aliudue refoluens); 3º laudat etiam cyathūm aquae marinae, singulis diebus per mensē et semissem mane epotum, quā aquā etiam bronchocele foueat, et inde forte *Ruffell* Anglus hoc medicamen ad strumarum curam transtulit. Huic medicamini vrinam a rusticis in ascite, aurigineque vſurpatam, et a *Schroeder* laudatam, substituit; 4º demum, si valentiora remedia requirantur, prescribit auctor saponis tres scrupulos, in aquae vnciis quatuor dissolutos, aut bolum saponis, superbibendo decoctum saponariae plantae, quo vtitur etiam pro asthmate humido; sapo autem in patellā crustam albam sanguinis mire dissoluit; 5º denique acetum scilliticum ad cochlearia duo per mensē vſurpatum, et extus ad bronchocelen appositum, modo morbus non sit nimis inueteratus, optimum remedium censet. [Adde puluerem ex magnesia edimb. aethiope antimoniali et spongia vſta.]

Tumores vero vetustiores vel suppurantibus, vel chirurgi volsellae, tantummodo cedunt.

[Aegritudinis definitio permitteret, vt adderem differentiam, eam nimirum, quam sub cynanche inuenies, cui referuo. Alia sub num. 5. indicatur.]

2. *Bronchocele ventosa*, *Roncalli* med. Europ pag. 109;
Hernia colli emphysematica *Plateri*; *botiura* al. L.

N

Curatur emplastris carminatiuis, aut si inutilia sint, ad fomenta spirituosa deueniendum est. Cura autem non succedit apud eos, quorum collum ab infantia crassius est.

3. *Bronchocele sarcoma Roncalli* med. Europae p. 353. L.

Illa species, quae non pendet a lymphà spissà in musculo-
lorum interstitiis, textuque glandularum congesta, sed ab ipso partium excrecentià, medicamentis insanabilis prorsus est, sed quibus signis innotescat, non docet *Roncallius*. Familiaris est hic morbus Helvetiis, Germanis ad Goslariam, Pedemontanis, Brixianis in Statu Veneto, cet. An aquis nivalibus, an cibis crassis, vt castaneis, solano esculento, trivendus?

4. *Bronchocele aquosa Montalti* synopf. L.

Hydrops gutturus tactu cognoscitur, et diureticis, potissimum aceto scillitico, curari debet, praemissis catharticis: fumus etiam spongiae combustae in collum deducitus indicatur.

5. *internum Sagar.* apparet in fossa sterni, quam faciunt musculi sterno-mastoidei; ex respiratione leuiori, si dyspnœicus aeger caput ad pollices pedum inclinet, aut capitii intus stat, et sanguis proruimpente, agnoscitur.

XXIX. EXOSTOSIS; *Paedarthrocace, nodus*, Freind Hist.

Med. Part II; Jos. Pandolphini tract. de ventositate spinae, fauissimo morbo cet. ed. a G. A. Mercklini, Norib. 1674. dd. *Hyperostosis Ludwig* Chirurg. si totum os intumescit; *Eparvin, Exostose, Epine ventense*.

Est ossis tumor vel totalis vel partialis *.

Ossa brevia carpi, tarsi, similiaque exostosi laborant; totum os intumescit; ossium vero maiorum, vt tibiae, femoris, humeri, crani, pelvis, cet., exostoses sunt pariales: nunc tumet os in zonâ, seu peripheriâ suâ, nunc in parte anticâ, posticaue, cet. Aliae partem intimam ossis emollitam, aliae extimam tantum laminam habent, aut reciproce; aliae

* {Sunt, qui exostosis cum A. dicim dicuntur, si omnis pars intumescit, vt tamen pars partem mucit. Ita Afriac pag. 350 de supereminat, *hyperostosis segregata in. ven.*}

dolent, aliae minime, aut tantum ratione motus musculorum, quos ossis figura conica, acuta, laedit. Cum introrsum tument ossium pelvis, crani, sterni, laminae, plura phaenomena superuenient, quorum principium cognitu difficile est, et cura saepius inutilis. Numquam substantia ossea tumet, nisi remolita fuerit, ast tumet periosteum vel internum, vel externum.

I. *Exostosis simplex, topica. Sauv. benigna; Petit: Mala. des os, Tom. II. pag. 430. L.*

Mitissimis, vel nullis, sifipatur symptomatibus, quorum ratio ex situ, figurā, magnitudine tumoris, et partium adiacentium munis, explicari potest: e contrario malignae excitant symptomata ex indole vitiōsa humorum tantum explicabilia, seu souentur a dyscrasiam humorum syphiliticā, scorbūticā, cancerōsa, cetero. Cognoscitur itaque benigna ex eo, quod defint signa cuiusvis dyscrasiae. [Non intelligo, quid sit, quod A. benignam dicat expertem dyscrasiae, malignam hac sifipatam: quis enim voces benignae, malignaeve aegritudinis sic unquam definit. Videtur definitio a chirurgis non doctis satis adsumpta, retenta esse. Benigna etiam num dyscrasiae expers dici poterit? Num virus cognitum efficere potest, ut maligna habeatur, quae nec symptomata semper excitat, qualia maligna aegritudo infert, nec curationi conuenienti nimium obstat. Quare benignam reliquias dico *simplicem, topicam*.]

Principia procataractica sunt vulnera, ieiunus, contusiones, oedemata, varices, vlcera partis praegressa, abusus repellentium v. g. in erysipelate, phlegmone, saturninorum, quorum ratione succus nutritius periosteū cespitat, fibras ossreas laxat, emolilit, unde in his vasculis cumulatur, tumorem excitat.

Quae sunt in ossibus artuum, quandoque laedunt motum figurā suā, mole, siū; aliae sunt omnino innocuae; quae sunt iuxta organa visus, auditū, loquela, has functiones diuersimode laedunt.

Exostoses nullum in cute superiacente ruborem, aut tumorem, excitant; verum quae ab vlcere excitanter, cariem, vel osteofarcosin ossis saepius arcessunt.

Illa species non attingenda, nisi grauia incommoda ciat, in quo casu os est ferrâ exscindendum, dein exfoliatio procuranda. [Vidi in iuene, qui a tinea repulsa, erysipelas cruris, ab hoc saturninis incongrue repulso, exostofin receperat, iam per annos 7. perstantem, cum carie atque exfoliatione, ut frustulum ossis femoris ex vlcere prodiret, serra auferendum, donec vnc I. pondere eximi poterat. Ceterum; sanus, hilarius, vt saltaret, erat. Conueniebant tinct. ass. foet. guaj. sapon. balsf. Commend. rel.]

2. *Exostosis rachitica*, Petit Malad. des os Tom. II. pag.

440. *Paedarthrocace*, Severini. L.

1º Pueros aggreditur, non adultos; 2º quos tamen olim aggressa est, non ideo dimittit adultos, quod rachitis sanata fit; 3º ossa spongiosa spinae, articulorum, afficit; 4º minime dolent, nec initio, nec in statu; at diros excitant dolores, cum euanescunt exostoses: hoc pueris accidit, cum nodi eorum recedunt. Dolores illi sunt vel intermittentes, vel continui, et a periosteo oriuntur.

Si dolor intus adfit cum carie, quibus dein succedat exostosis, hic morbus *paedarthrocace* vocatur. Nullis medicamentis cedit; ast si sit paedarthrocace, seu abscessus in osse, inde fistula, febris lenta; frustra etiam fiet amputatio, cum a parvito sanguinis alia ossa deinceps afficiantur. [Praeter anti-rachitica tentanda affae foetidae tinct. similis gummi guaj. sapon., mercurius in acido nitri solutus, rel.]

3. *Exostosis cancrosa*, Petit ibid. pag. 478. Kaempf. enh. med. pag. 160. C.

Cognoscitur ex eo, quod praecesserint dolores, per interualla lancinantes in periosteum; tumor fuscus est, sensim accessit, parvus fuit initio, et exacite circumscriptus; sunt venae varicosae in viciniâ; maxime vero cognoscitur, si sint alicubi carcinomata.

Solo lactis, et balneorum vsu, ac narcoticis, mali atrocitas est demulcenda.

4. *Exostosis scrophulosa*, Petit Malad. des os, pag. 480. T. II. C.

Cognoscitur ex signis scrophulae.

Longo vsu lactis, decoctis sudorificis, litu mercuriali quandoque resoluitur, si recens fit.

5. *Exostosis scorbatica*, *Petit Malad. des os*, pag. 443. T. II. *Lind.* pag. 184. *Biffet* pag. 30. *Comm. Harlem.* T. VI. pag. 3 sq. *Fränk. Anmerk.* T. III. pag. 417. *Hales veg. stat. c. 6. exp. 49. C.*

Cognoscitur ex hypochondriaseos signis, ex lassitudinibus spontaneis, doloribus artuum: sputatione frequenti, foetidà; dentium mobilitate, nigrore, gingivarum tumore, liquiditate, cruentatione, foctore; cutis, maxime tibiarum, maculis 1º amplis, violaceis, 2º purpureis, corymbosis, miliaribus, pungentibus, vel pruriginosis; 3º papulis culicis morfui similibus, medio magis rubris; 4º flauis vel luteis, quandoque squammosis.

Exostosis apud scorbuticos multo rarer est carie, nec nisi in scorbuto periodo tertia obseruatur, vt caries in inueterato: vnde apophyses dissoluuntur, franguntur, tabo putri replentur.

6. *Exostosis syphilitica*, *Petit Malad. des os*, pag. 473. T. II. *Heißler* I. 5. c. 9. *Astruc.* I. 4. c. 3. §. 5. 6. *Plenck* pag. 102. C.

Cognoscitur ex signis syphilidis, vt vlcusculis, bubonibus, pustulis, porris, doloribus nocturnis post gonorrhœam suppressam, aut impurum concubitum. Vide *signa syphilidis*. Illae in tibiis, et cranio potissimum apparent, et quandoque dolores atroces in ossis meditullio excitant, atque hydrargyroli non raro resistunt, syphilidi tantum inueteratae superueniunt.

Si recens fit, et sine carie, lito mercuriali diu protracto, [emplastro de ranis cum mercurio vigonis, et de cicuta, impositis, antiuenereis internis congruis,] praemissis praemittendis, euanescit; si fit caries externa, seu nodus, ea radenda, ferro candenti, vel alii causticis absumenta; si fit spina ventosa, caries interiora exedens, trepano aperiendum est os, et detergendum.

7. *Exostosis variolosa*, *Petit Malad. des os*, Tom. II. pag. 481. *Hildan.* cent. 4. obs. 95. C.

Quae genua potissimum, aliasue apophyses, in tumorem eleuat, breui post variolam malignam: accedit suppuratio, et caries, vnde fistulae, et paedarthrocace, insanabiles.

Curationem non admittit; longo laetificiniorum vnu aeger subleuator.

8. *Exostosis spuria*, *Ludwig. Chir. pag. 191. L.*

Illa dicitur, quae periosteo et ligamentis ossium adhaeret, neque substantiam ossis villo modo afficit: ille tumor mollis est vel digito cedens, et dolens; quandoque in suppuratum abit, relicta in osse carie.

9. *Exostosis osteofeatoma*, *Ludwigii, ibid.*

Est tumor fungosus sub periosteo, fibris ossicis intertextus.

10. [*Exostosis trichomatica*. *Cartheuer path. T. I. p. 183.*

11. *Exostosis catarrhalis.*

a. *vulgaris*. narium, a catarrho chronicō.

b. *infantum*. *Pott. tract. vide contracturam.*

Comes contracturae peculiaris infantum.]

XXX. *GIBBOSITAS, la Boffe.*

Aegri Gibbi. Gibbus etiam dicitur ipse morbus Heistero.

Est ossium pectoris indecora prominentia a tumore, luxatione, distorsione, aut alio principio, oriunda.

1. *Gibbositas spinalis*, *Graecis cyphosis; bofle de l'épine. L.*

Ea est, quae pendet ab spinae distorsione, quae est duplicitis ordinis; nam in aliis sinus spinae inflexae alii dextrorum, alii sinistrorum, spectant, in aliis vero flexura alternatim ad anticam corporis, mox ad posticam, partem vergit, vnde caput obustum simul euadit, et facies vel prona, vel supina, appareat. Incrementum inaequale vertebrarum, nunc ab antica, nunc a laterali parte huic affectui ansam praebet, ut videre est in iconibus sceletorum gibborum musei Regii a D. Buffon, et Daubenton in histor. natur. delineatis.

Principium est faepe virus rachiticum, et tunc sine causa evidenti pueris superuenit: aut haereditaria est, vel a casu, lapsu, iatu, quem infantes passi sunt, oritur, maxime si thoracibus ferreis vel balaenaceis strictoribus, et incongruis, constringatur pectus; aut recens nati strictius involuantur. *Borelli Cent. II. Obs. 59. vid. contract. rachit.*

Videatur commentarius Galeni in lib. 2. *Hippocratis de articulis*, vbi tres species recensentur.

2. *Gibbositas scapularis*, *Gibbus alatus*; *bosse de l'omoplate*. L.

Non confundenda est cum prominentia relativa tabidorum, in quibus, absuntis carnibus, os homoplatae eminere videtur, cum tantum adeps in vicinia deficiat; illa autem pendet vel ab scapula, e sede dimota, aut exostofin paciente, aut extrorsum, a latente subtus scirrho, proiecta.

3. *Gibbositas sternalis*. L.

Illa plurimum a principio interno procedit, dum tellus adhuc est infans, aut foetus in utero viuit, si ab scirrho, musculis inaequaliter trahentibus, sternum extrorsum flectatur; in pueris asthma vel dyspnoea quandoque praecedit gibbositatem, et qui gibbi ex asthmate fiunt, ait Hippocrates, ante pubertatem moriuntur. [Eadem quoque a viru rachitico, syphilitico, eritur. In pueris non raro occurrit, tribuitque maiori artuum superiorum usui, maxime extensiōni, at videtur potius subesse cartilaginum costarum emollitio, sterni costarumque aridura quadam, verbo nutritio vitiata. Demulcentia, antisyphil, antirachitica, tonica, fasciarum usus salutem afferunt.]

4. *Gibbositas costalis*, *Scoliosis Graecor.* L.

Rarissime accedit, vt vitium in costis sit tantum, vt plurimum vero a vertebris repandis, vel spinā in partem oppositam inflexā, costae distorquentur; vnde ad primam speciem recedit ista. V. spec. praec.

5. *Gibbositas lordosis*, *Gouey Chirurg.* pag. 166; *Mémoires de Trevoux* 1722. L.

Homo, qui gibber fuerat, disseclis post mortem musculis rectis abdominis, illico rectus evasit, vnde concludere primum est, spinam dorsi ab horum muscularum fortiori traclione inflexam usisse, vnde ea species gibbositatis. Hinc intelliguntur auxilia conuenientia, si species cognoscatur: [nimur externa relaxantia, v. g. balnea, inunctiones.]

6. *Gibbositas farcomatica*, *scirrofa*, *Bosse squirreuse*. L.

Est ea, quae a lupia, aut farcomate dorsi producitur, aut tumor scirrosus est, qui gibbum mentitur. Quaenam au-

xilia chirurgica in his affectibus conueniant, fuse docet *Heisterus* loco citato; quae vero medicamina indicentur, videſis, cap. de *Rachitide*.

[Dubitari non potest, quin practici videant differentias varias, v. g. gibbos. stern. *syphiliticam*, *scorbuticam*, *arthriticam* (quae certe frequentior), itaque, vt in scriptis suis commemorent, opto.]

XXXI. *Lordosis.*

Aegri caigneux, bancroches.

Est ossium distorsio, vnde hinc protuberant, inde vero excavant artus, atque incurvant ossa, vel a situ deflecent.

1. *Lordosis compernium*; aegri *Compernes*, Gall. *Caigneux*. L.

Compernes vocantur, qui pedes introrsum confortos habent, aut iuxta quosdam, quorum tibiae rectae quidem sunt, sed in genibus contiguae, inferius vero diuariatae, et distantes.

2. *Lordosis valgorum*. L.

Valgi differunt a compernibus, quod tibias habeant non rectas, sed extrorsum conuexas, pedibus, femoribusque approximatis.

3. *Lordosis varorum*. L.

Vari sunt, quorum tibiae inflexae sunt ita, vt introrsum sint conuexae, pedibus, genibusque a se mutuo recedentibus, suris vero approximatis.

Auxilia mechanica petuntur ab ocreis coriaceis, quibus infantum pedes induntur, sed eae parum profundunt, et saepe multum nocent, si arctiores, rigidiores, aut male fabricatae sint. — Idem dictum esto, quod de Gibbos. monui.

ORDO QVINTVS.

CYSTIDES aut Tumores capsulati; a cystis vesica, vel cista capsula; Gallis Kistes.

SVNT protuberantiae factae a fluidis intra membranas prias vel alienas maxime dilatatas, contentis, vel receptacula quaevis distendentibus.

XXXII. ANEVRYSMAS, *Abscessus spirituosus* Amati Lufitani; *Aneuryfme. Pulsadergeschweulf* Germ.

1. *Aneuryfma spurium* * Heister. Chir. pag. 391. cap. 13.
part. 2. sect. 1.

Est tumor a cruento extra tunicam fibrosam arteriae, ruptam effuso, et sub integumentis intra textum cellularum collecto; is vix pulsat, nisi exiguis, et vulnus internum notabile fit, respectu tumoris; si enim apertura arteriae fit exigua, et amplitudo aneurysmatis magna, tunc impetus sanguinis, illud subeuntis, est exiguis, et molli maiori sanguinis communicatus vix percipi potest.

*Istius vero duae sunt varietates; unum siquidem est *simplex*, quod multos annos perseverat; alterum vero *complicatum* cum immobilitate, dolore, corruptione, ac gangraena partis. Inueni in simili aneurysmate brachii thrombus cruentus nigrum, et durum, qui plures annos perseverauit pugni magnitudine.*

Aneuryfma spurium est vero periculofius, quia quandoque sanguis, in textu cellulari effusus, dolores, liuores, et gangraenam inducit; huic ansam praebent functiones, a lanceolata arteriam perforantes, nixus validiores, ossium diffractiones, rel.

[*Pulsatio, maior tumor, interdum abeat, tumque aneuryfma simulat tumorem alium, et cum haemorrhagia pler. tristi tumor aperitur, sui conditionem tum demum referens. Hinc circumspectione opus est]*

2. *Aneuryfma verum; Aneuryfme vrai. D.*

Est tumor sphæroideus, sennim increscens, cuti concolor, pulsans, qui initio pressione recedit, rursus reuertitur; fit autem a vi sanguinis in arteriae parietes agentis, eiusque contractilitatem superantibus, citra vulnus tunicae eius fibrosoe, saltet in eius cavitatem penetrans: dupli principio debetur, scilicet vel admodum auctae sanguinis actioni in arteriae pa-

* [Anat. qui distinctionem in *verum* et *spurium* supra proferipit, apud chirurgos inualuit, vt aegre tolleres.

ipse receptae verborum significacioni id dare debuit, vt retincret: atque haec quidem adeo, maxime adiicio, quod de noua aneurysmatis differentia, *aneuryfmate verice* in supplem. sermo fit.

rietes, quod sit in curvatura aortae, aut iuxta cor, quia cum crescit impetus sanguinis, ille agit in maiori ratione contra superficies, axi arteriae directe oppositas, quam in parietes, axi parallelos; inde sit, ut ab hac causa aneurysmata tantum fiant iuxta cor; verum si ab obice quouis, vi grumo, vel concreto polypo, intra arteriam adacto, opponatur magna sanguini retro appellenti resistentia, tunc actio sanguinis in latera vasis crescit eo magis, quo vis a corde impressa maior est, et quo maior est inde oriunda vasis angustia, aut maior obex, ut demonstrat Bernoulli *Hydrodynamicae sectione 12. §. 5. fig. 72.* et hacc aneurysmata, quae recte actiua dici possunt, etiam plurimum sunt interna. Vide *palpitationem, asthma, pleurodynem, cet.*

Aneurysmata vero externa fere omnia passiva sunt; nec enim pendent a vi, nec ab actione sanguinis aucta, sed a resistentia parietum imminuta ob laxatam, vulneratam, erofam, alterutram ex arteriae tunicis, ut accidit in phlebotomia, cum leviter lanceola perstringitur, minime vero perforatur; arteria a lapsu, valido conatu, quandoque distrahitur, et debilitata intumescit. Aut arteria in partibus sanis, dum alibi substantia ossea deponitur, inaequaliter distenditur, cedit.

Eo validius pulsat aneurysma 1º quo validius pulsat ipsa arteria, seu quo maior est, cordique proximior; 2º quo aneurysma minus est, et flexibilis; cum enim inveterascit, saepe tunicas, et lamellas osscas adipiscitur, unde, et ratione voluminis maioris, et incrustationis durioris, minus pulsat, maxime si eius cauitas concreto polypo, vel grumoso, sit infarcta.

Curatur aneurysma recens assidua, moderata pressione, vetus vero operatione chirurgica. *Hysterum* vide.

3. *Aneurysma cylindroides.* D.

Saccus aneurysmalis vix obseruatur extus; ast in aorta, et carotidibus, non infrequens est.

[4. *Aneurysma mixtum*, ex vero et spurio, ex illo rupto, in hoc diffuso. Frequens.]

XXXIII. VARIX, Medicis Graecis *Kirfos*, Aristotelii,

Hippocrati *ixia*; *Varice*.

Est dilatatio venae a sanguine, quae cognoscitur ex eo,

quod sensim crescat, preffa recedat, iterumque reuertatur, et lievescat, ut venae cutanæ turgidae solent.

Interea duplex est varix, alter *solitarius*, qui sphaeroideus ad nucis magnitudinem, imo vltro excrescere solitus, non raro cum dolore; alter *nodosus* in tibiis bainorum, imo gravidatum non infrequens.

Varix pro affectu quandoque salutari habetur maxime hypochondriacis, melancholicis, splenicis; nec debet citra remedia generalia curari: solitarius non raro post se vlcera mali moris relinquit. Nodosus, obseruante *Petito*, est in maioribus venis simul, et in minoribus, ad eas deuenientibus, et fere semper oedemate, aut lymphaticorum vicinorum infarctu, stipatur, vnde ossa supposita ab his facile laeduntur: cum venae sectae eiusdem diametri decuplo minorem fundant sanguinis copiam, quam arteriae, ex his ruptis decuplo minus impendet periculum, si aequa mature fistatur haemorrhagia.

Varix scroti, et funiculi spermatici dicitur *Circocœle*; ad umbilicum barbare vocatur *varicomphalus*: vulgo etiam pro varicibus habentur mariscae, de quibus hic agendum.

XXXIV. MARISCA, *Tumores haemorrhoidales*, male *Hæmorrhoides*; *Hæmorrhöide*.

Mariscae sunt tumores in ani margine enati, rubri, saepe dolentes, et cruentem saepe fundentes, sponte dein recedere soliti.

Ex eo quidem, quod sanguinem fundere solitae sint, ac rubrae, plurimi eas inter vasorum huiusc partis aneurysmaticos, aut varicosos, tumores recensent; verum nullus in iis refectis sensibilis obseruatur cauitas, imo compressae non magis cedunt quam phlegmone, si sint infarctae, adeoque in hanc sententiam vix deuenire possum.

Hæmorrhoides a Graeco *aima* et *rheo*, est fluxus sanguinis ex marisca; cum vero fluxus sanguinis diuersus sit a tumore, alio nomine hic fluxus, alio mariscae indigitari debent.

i. [Marisca passua: citra leuamen aegritudinis alias soli lento ri sanguinis et debilitati intestini recti tribuenda accidit: vt plurimum caeca, interna, externa: a contractione sphinct.

steris ani augetur: cedit fomentationibus, saponi veneto, iubricantibus, demulcentibus, leniter repellentibus, vt linim, de linar. c. oleo hyosc. et facch. saturni, aquae vegeto-min. rel. vid. haemorrhoid, proctalg.

2. *Mariſca actiua*: critica in haemorrhoidariis, saepe adeo, vt interna, aperta facta, profusione cochlearis sanguinis nigri, aut viridis, quasi cruxis staminis leuamen symptomatum inferat, vt minuat dyspnoeam, ventriculi aegritudines varias rel. Saepe *metaſlatiſca*, eaque velox, vt ſcio in non paucis contingere post narium phlegmonem, quacum alternat, vt ope vnius doſis herbae nicotiana, naribus oblatea, ad abdomen impetus cum borborygmis deriuetur.

3. *Mariſca Vuula veſicae*? Num huc vuula, quae fit mariſca ad veſicam, vt haemorrhoides veſicae dantur. cf. *Morgagni* de fed.]

Mariſcas a textu cellulari per fanguinem inibi congeſtum diſtenſo efformari crediderim; ideo vero ibi ex arteriolis minimis in textum cellularē adigitur, quia magnae pressioni ibi ſanguis exponitur, minusque refiſtit cutis tenerior in recli extremo: premitur autem ibi loci ſanguis, tum quia refiſtit columna venosa, hepatis labyrinthum traieclura, bis venosa facta, tum quia ab inſeffu, a fecibus induratis, diſſicilis eſt via huic ſanguini; et in flantibus vim trufiam ſanguinis adauget grauitas verticaliter premens; quo vero maiori eſt preſſio a columnā arteriōsa, maiorque refiſtentia ex parte venoſae, eo fortiuſ premuntur latera vaſorum, vnde aditus in lymphatica et textum cellularē,

Mariſcae diuiduntur in *internas*, et *externas*, ambae in *caecas*, et *apertas*. Vide *proctalgiam a mariſcis*; ita tenes-ſum, dysuria, nec non haemorrhoidem, cuius mariſcae apertae ſunt principium, vt *proctalgiam caecae*, inflamma-iae, ſaepius conſtituent.

XXXV. HYDATIS, *Hydatide*.

Vt varix alius eſt ſphaeroideus ſolitarius, alius nodofus, et ramofus, ita hydatis alia ex nodis, ſeu globulis lymphaticis, ſeriatim corollae inſtar dispositis, et margaritas referentibus conſtat; ſed haec species trans cutem non appetet, et in vul-

neribus tantum obseruatur. Vide *Consultationes, et Physiologiam D. Deidier Professor Monspel.*

Alia vero hydatis est cystis solitaria subsphaerica, quae collecta lymphà turget, ad cui magnitudinem accedens, quae proprie *hygroma Boerhaavio* dicitur, quasi cystis aquosa.

Differit hygroma ab oedemate, ut aneurysma ab ecchymomate. Sic *exophthalmia* ab aucto humore aequo est hygroma; *hydrocele* est hygroma scrofula; *crystallina* est hygroma praeputii; est *hydarthus* hygroma articuli; vidi et hygroma palpbrae cet. *phylæna* est hygroma exiguum epidermidis.

Hydatides vero sunt principia quorundam morborum internorum, sed huc vñque signa desiderantur. Num decet, hydatidem, hygromatis nomine designare?

1. *Hydatis hygroma.* L.

Est folliculus lymphà turgidus.

2. *Hydatis corollata; hydatide en chapelet.* L.

Est hydatidum series ex lymphatico vase turgido.

3. *Hydatis cellulosa.* L.

Est congeries vesicularum pellucidarum a lymphâ, in textu celluloſo congeſta.

XXXVI. STAPHYLOMA; *Staphylome, Clou.*

Est cystis aquosa a corneae proptosi, et dilatatione, vel ab vñcae hernia, trans foramen corneae elapsa.

Aliud est staphyloma *Gunzii*, cui conuenit prima definitio, aliud staphyloma veterum, quod impossibile, et fistulum videtur *Günzio*, optimis rationibus in hac opinione suffulto. Vide *Disputationes chirurgicas III. Halleri*, et *Caliginis species*.

XXXVII. LVPIA, *Loupe.*

Est cystis, vel folliculus, materiem pultaceam non purulentam continens, vnde differt ab hygromate, quod continet fluidum aequum, et ab apostemate, quod purulento fluido turgidum est.

1. *Lupia Meliceris, Mellifauium aliis.* L.

Est folliculus, fluido viscido, consistentiam mellis adepto, turgidus; si pulsi similis videatur materies, tunc atheroma vocatur, sed est mera varietas.

2. *Lupia seatomata*, aliis *Lipoma*; *Loupe graisseuse*. L.
Est folliculus, adiposum à materia turgidus, aut sebo farctus.

XXXVIII. HYDARTHROS, Tumeur blanche.

Hydrops articuli vulgo nomine tumoris albi ab Anglis
indigitatur: *Essais et Obs. de Médec. d'Edinbourg*, Tom. II.
pag. 464: a *Castello* refertur ad meliceriam.

Fuse de hydarthro agunt *Essais d'Edinbourg*, tom. 4.
artic. 18 et 20. [G. Haffner d. de hydropé articulorum, in de
Wafferberg coll. diff. fasc. I. p. 141 sq. Auserl. Abb. f. prakt.
Aerzte, passim.]

1. *Hydarthrus synovialis*, tumeur blanche Th. Simson
Essais d'Edimbourg, art. 18 et 20. tom. 4.

Est intumescentia articuli, potissimum genu alterutrius,
cum doloribus, et sensu fluctuationis sine coloris mutatione.
[Initio dolor ad motum, leuior, sensum crescentem: tumor cuti
concolor, mollis, totum articulum distendens, patellam quasi
coronans, eamque parum protrudens, pressioni cedens; mag-
nitudine auctus, inaequalis, ad latera maior, tantus, ut tres
pollices interdum transuersos supra patellam adscendat: flu-
ctuatio percipitur, dum digiti utriusque manus, sibi opositi,
mouentur, quam a maiori tendinum eleuatione, si a materia
obsidente rigescunt, atque a fungo, distinguas.

Differet a fungo: sed est illo extra articulum haerente, cum
cute mobili, fluctuatione, resistenter digitis oblata, motu articu-
lorum minus laeso: tum ab oedemate: in quo inflatio cuti-
cis ad articulos cedit, figura dicta abest et fluctuatio, nec pres-
tione continuata articuli ossa a se recedentia distincte percipi-
untur: ab apofemate, huius signorum defectu, rel.] Differet
ab hygromate, quod synovia in hydarthro non folliculo pro-
prio, sed capsula articulari, vel cellulis vicinis contineatur.

Principia sunt saepius contusiones, ephemera lactea; ac-
cedit contractura musculorum flexorum, difficilis motus par-
tis, eiusque rigiditas.

Curatur catharticis iteratis, affusione frigidae iuxta me-
thodum *Cheynaei*, vel calidae iuxta *Le Dran*, cauterio, parti
oppositae inusto, vnde evacuat synovia acris, ibi collecta:
[fonticulo: colophonio cum spir. vini adplic. suffumigio 1.

guai. linim. ex G. ammon. ope aceti squill. parati, aliq. quotidie illito: superimposito empl. resolu.]

2. *Hydarthrus flatulenius; Gonagra Zacuti Lusitani; tumor genu, ventum emitens, River. cent 3. obf. 13. et Zacuti Lusitani, lib. 2. Prax. adm. obf. 163. L. Auicenna 3. T. II. cap. 19.*

[*Hydarthrus continet humorem limpidum, flauum, viscidum, instar caeui, viridescentem, ichorosum.*

Efficitur vel a liquore Haueriano, maiori copia accumulato: vel a deposito liquore alio lymphatico; hinc epidemice quandoque, aut sporadic, occurrit, rachitidis, arthritidis, comes. Efficit exemplum luxationum a causa interna. *Hipp. de loc. in homine: atque sic quidem, quod alias aegritudinis causa ipsa aegritudo sit, passio.*]

Tumor citra ruborem, dolor, inde claudicatio; tumor prominens, cum pulsatione, mollitie, et fluctuatione; apostema simulatum; aperto tumore fatus quidam emanat.

XXXIX. A P O S T E M A , *Aposteme, Abscis, Dépôt.*

v. Supplm.

Est collectio materiae purulentae, vel ichorosae, vnde que coercitae, seu clausae.

Fit per conuersiōnē substantiae partium in pus, vel bona, vel malae, indolis.

Illa conuersio fit per motum intestinum non magis cognitum, quam conuersio in chylum, in cruorem, in tabum, seu digestio, haematosis, putrefactio, cest: licet enim cognoscamus adhaesione mutuae partium in mixto heterogeno dispersarum hunc motum tribendum esse, ignoramus tamē differentias earum operationum specificas; fauet quidem in phlegmone suppurationi arteriarum pulsus: verum sine cruce suppurant interiora ossium tarsi, crystallina lens, et sine inflammatione suppurrant vomicae; quomodo vero differat pus verum a pulte meliceridum, hoc inueniendum restat. Quae-dam putrefactio incipiens videtur ad digestionem, et ad suppurationem carnium requisita, non vero perfecta, quae facit carnes specificē leuiores aquā, cum pus sit specificē grauius.

1. *Apostema abcessus; absès, apostume, aposteme. D.*

Est illud, quod praegressa inflammatione phlegmonodea partem ipsam, in qua residet, in pus conuertit, intersticiis vtplurimum muscularum contentum, minime vero capsula propria inuolutum; differt itaque a vomica et ab apostasi.

Praecedit partis tumor, rubor, tensio, pulsatio; accedit albedo, mollities, fluctuatio in apice tumoris, dolor minitur, mollities et albedo extenduntur; demum rumpitur cutis in apice attenuata, et funditur pus. Hic status iam vocatur *vulnus suppurans*, si pus laudabile: *vclus* vero, si vitiosum, et sanatu difficile. Pus illud mora et aeris accessu, acre, foetidum, corrosum, evadit, vnde aeris accessus est caute ardens, *vclus* leniter eluendum, detergendum, putredo balamicis arcenda, fccitas nimia praeceauenda, vt vegetare queant vascula, molli et leni pure inuoluta, quae vegetatio, fuccessu crescens vsque ad libellam partis, dein firmitatem adpta, constituit *cicatricem*.

Curam apostematis, vclceris, cicatricis, videlicet apud omnes chirurgicos autores.

2. *Apostema apostasis; Gall. dépôt.*

Est collectio puris in parte, fine huius partis inflammatione praeuià, sine partis ipsius assumptione, sed per metastasis aliunde aduenientis, aut quasi per secretionem ibi congeсти.

Haec apostasis, licet neotericorum opinioni contradicat, multiplici obseruatione confirmatur. Memini, me vidisse per plures dies in vxore consiliarii auditoris, typho laborante, plurimas apostases, quae quoquis mane in digitis, manibus, brachiis, fine vlo tumore, dolore, rubore, calore praeuiio, apparebant; apertae vero fundebant pus album sincerum, et hoc effuso cito coalescet vulnus.

3. *Apostema synchyssis, dissolutio vitrei; oeil fondu. C.*

Est mutatio vitrei, aquei, et omnium in bulbo oculi contentorum, in pus viscosum, coctum, quod successu temporis mutatur partim in serum luteum, residuo inspissato; *vide Saint Yves, pag. 221. Maitrejan. Part. II. Chap. VIII.*

4. *Apostema hypopygium; vide Caliginem ab hypopygo.*5. *Apostema diapyses; vide Caliginem a diapysi. C.*

CYSTIDES. EXOMPHALVS. 209

6. *Apostema onyx*; vide *Caliginem ab ungue*.
7. *Apostema paroulis*, *parulis Sennerti*, est apostema
gingivuarum.

8. *Apostema empyocele*. D.
Est apostema testiculi, vel scroti.
9. *Apostema spina ventosa*. C.
Est apostema ossium.
10. *Apostema vomica*. C.
Est collectio puris intra folliculum contenti, et in viscere
quodam, vt pulmone, hepate, geniti; verum hoc non
est effectibus externis, sed principiis morborum accen-
dum.

11. *Apostema phalangum*; *Fourches Diétion de santé*.
Est abscessus, digitos operariorum tenens.

XL. EXOMPHALVS, *Exomphale*.

Est cystica quaecumque collectio fluidi ad umbilicum,
seu cystis umbilicalis; vnde ab omphalocele differt.

1. *Exomphalus flatulentus Heister*. Instit. Chirurg. T. II.
sect. V. cap. 114. §. 2; *pneumatophalus Pauli Aeginetae*;
pneumatophale Dionis Operat. de Chir. Dem. 2. L.

Dubia est haec species, nec exemplo Heisteriano satis
probata videtur Platnerio. Signa ac curationem tradit *Dionis*
loco citato. vide *Tympanitum*.

2. *Exomphalus aqueus Platneri* Instit. Chir. §. 796. *Hy-
dromphalus Pauli Aeginetae*, Heisteri, Dionis, Col de Vi-
lars. L.

Obseruatur in grauidis, dystocice enixis, infantibus asciti-
cis, et saepius in iis qui omphalocele laborant; vix iudice Plat-
nero absque omphalocele et ascite oritur; signa habet hydro-
celis infra legenda; scilicet mollis est, fluctuans, regredi ne-
scius, et ad candelam pellucidus.

Curationem hydromphali vide apud autores citatos:
hanc etiam crue ex curatione hydrocelis, infra tradenda.

3. *Exomphalus cruentus, Haematophalus Graecorum*;
première espèce de varicomphale de Dionis Operat. Chirurg.
Dem. 2. A.

Differt tantum loco ab haematocele; ceterum iisdem signis gaudet, caussas agnoscit easdem, nec dispar est curatio. Vide *Haematocele* infra.

4. *Exomphalus varicosus*; *Cirgomphalus* Graecorum; 2. espèce de varicomphale *Dionis Operat. de Chirurg. Dém. 2. C.*

Pendet ab aneurysmatica arteriarum vmbilici dilatatione. Vide *signa ac curationem aneurysmatis.*

5. *Exomphalus purulentus*, *Empyomphalus* Pauli; *Empyomphale*. D.

Est apostema regionis vmbilicalis; ex signis et curatione apostematis hunc cognosces, atque curabis: vide *Heisteri Institutiones chirurgicas.*

XLI. OSCEOCELE, *Hernie fausse.*

Est protuberantia scroti a cystice collectis inibi fluidis, seu cystis intra scrotum.

1. *Oscheocele flatulenta*, *Pneumatocele* Auctorum. L.
Hanc speciem memorant quidem plurimi, iisque egregii in arte viri; attamen nec exemplis, nec rationibus, satis luculentiter stabilunt; itaque de hac dubitant recentissimorum primarii; vide *Heisteri chirurgiam*, tom. II. part. 2. sed. V. cap. 127.

2. *Oscheocele aquosa*, *Hydrocele Heister* Chir. *Platner Institut. Chir.*; *Hydrocele Sharp* Recherch. crit., *Arnaud Traité des Hernies*, *Le Dran Opérations de Chir.* *Bertrandi Mem.* de l' Acad. R de Chir. Tom. III. L. *Bell. Syst. of. Surg. Richt. chir.* Bibl. VII. pag. 185.

Variat loco; nunc enim serum colligitur in membranae testiculi vaginalis cauo (*hydrocele fuscata vulgo*), nunc in cano saclito, a foramine vrethrae ex varia caussa, textus cellularis scroti, nimirus inter tegumenta et darton, vel inter darton et cremasterem: haec male negatur *Sharpio*; modo cauum fibi cudit aqua in textu cellulari membranarum vaginalium, tum funiculi, tum testiculi, tum vtriusque; modo tandem intra faccum herniosum partibus prouolutis, vel repositis, vel non repositis sit serosa collectio. Hae varietates peculiaria habent signa, quibus distinguantur. Confule auctores citatos,

imprimis *Bertrandi*. Hydrocele cognoscitur protuberantia molli, fluctuante, (renitur summopere, si humore distendatur nimio) subdiaphanà, nisi sero seta sit turbido, graui, figuram pro vario corporis situ mutante, aequali, glabra, indolenti, nisi complicitur, pressioni facilis, difficilisue cedente, per eam tamen nec minuerit, nec in ventrem refundentia, post pressionem sublatam illico resiliente, nisi cutem scroti simul oedema teneat; vrinis a longo tempore seruat non crescente, nec iis immisis decrecente; tandem venis varicosis stipata. Cum sarcocèle combinatur aliquando, et tunc *hydrovaricocele Heislera* audit. [Oritur etiam a facco hydrocelles tunicae albugineae rupto, vt a contusione, subito; aut a cura palliativa tunicae albug. testiculi, dum aqua ope lanceolae educitur, cutisque sub emissione aquae eminet. — In adauera hydrocele tunicae albugineae, *peritestite*, vera hydrocele *Petit* tr. des mal. chir. II. 482. tumor ad foramina abdominis, et funic. taclu non distinguitur: cessat fluctuatio, interdum pelluciditas tumoris, a maiori tumore dolor dorsi, euaneiens sub aegri decubitu, aut vsu fasciae. Cave, confundas cum hernia, vbi partes facci herniosi inter se, aut cum facco, cohaerent, maxime quando tantum aquae continet, vt intestina vel omentum taclu non agnoscantur. — Anasarca, vel oedema funiculi spermatici oritur a catarrho, ascite, anasarca, pressione brachiorum, scirrho. Interdum solum funiculum tenet, alias abscondit testiculum, tumetque scrotum. Presso tumore euaneicit totus, aut ex parte in abdomen, reddit remota pressione: minuitur decubitu in dorsum.]

Curatio pharmaceutica fit extus, ope topicalium, resoluentium, discutientium, roborantium, exsiccantium, intus vero adhibitis hydragogis, diureticis, resoluentibus, tonicis. *Curatio* chirurgica duplex est, palliatius et radicalis. Palliativa quae quandoque, licet rarius, perfectly fanat, in feri educatione ope paracentesis, identidem repetenda, tota sita est. Radicalem obtinebis, 1^o sectione in scroto facta, ope scalpellis a superioribus ad inferiora; 2^o ope caustici, quo longitudinaleiter scrotum apries; 3^o adhibito setaceo, quod ope acris grandioris per supremam ac lateralem scroti partem deorsum trahies. Sunt et aliae methodi, vt methodus *Ruyzhii*, *Marini*,

circumforaneorum. De his omnibus vide *Heijeri Chirurgiam*, cap. de *Hydrocele*. [Calculi vrethrae eximendi; si syphilis subest, antuenerea adhibenda: catheterismus in effusa virina instituatur, rel. Tentanda resolutio per fumos discutientium, liniment. resolu. vt neapol. f. tereb. empl. resolv. Schmuck, cet.]

3. *Ojchocele hydatidosa, hydrocele Graecorum; hydrocele ab hydatidibus funiculi spermatici*, Operations de Chirurgie de le Dran, Bertrandi Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. III. *Hydrocele ab hydatidibus omenti prolapsi seu epiplocele hydrocelico-hydatidosa*, Lamorier Mem. de Pipelet dans les Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. III. *Hydatis scroti circoceli succedens*, Vandermonde Journ. de Med. Nov. 1759. L.

Affinissima est praecedenti. Vide apud *auctores citatos* signa et curationem huiusc speciei.

4. *Oschocele Malabarica; Oscho-hydrocele vulgo medicis, Hydrocele Malabarica Kempfer Amoen. Fast. 3. Obs. 7. Andrum Malabarisi, Endemium, vel Andu-vaja-Ku*; Vide iconem in *Dionis Oper. de Chir.* C.

Oritur ab erysipelate scroti, singulis mensibus reciduo cum nouilunio, quo post alterum diem cessante, erosio lymphaticis, in scroti cauum confluit liquor serofus, subsalsus, lunula crescente crescens, et ita scrotum distendens, vt immissa aie educendus sit; liquor ille quandoque rufus, viscosus, vel sanguinolentus est.

Principium in aquis regni *Cochin* esse, pronuntiant populares, aquis scilicet sale acri, corrosivo, scatentibus: addit *Kempferus* ventum noctu frigidum, qui etiam interiora domum subiens, morbos exasperat, et conuulsiones excitat horrendas yisu, hic tamen nihil ferentes exitii. Aggreditur hic morbus etiam aduenas, sub dioimmorantes, et molestus tantum inassuetis; per totam hominis aetatem durat, et incurabilis est.

Curatio palliativa est vnica, scilicet vt singulis mensibus infiictio phlebotomo e latere scroti alterutro ad imam partem aquae educantur.

Praecaetur hic morbus depurata aqua potulentia per arenam in puteis congestam; haec cautio viget in regno *Mangati*, ubi est diuersorum quod *Brahmani* singulari in simias pietae

exfruxerunt, ibique prandium quotidie parant simiis, ex filiâ vicinâ confluentibus. Ibi cum oryzâ coctâ baculus exponitur, quem prima adueniens simia manu occupat, vt alias a prandio arceat; hinc certamen inter illas, cuius spectaculum, datâ eleemosynâ simiis destinatâ, viatores redimunt.

5. *Oschocele varicosa, cirsocele, circocelle, varicocele Auctorum*, ut *Dionis* operat. *Heister*. Chir. *Platner*. Inst. Chir. *Sharp* Recherch. crit. C.

Est varicosa venarum spermaticarum, vel scrotalium dilatatio. Posterior oculis patet; priorem cognoscet intumescentiâ funiculi spermatici, quae statim omentum prolapsum exhibere videtur; ast adhîbitâ maiori attentione palpo percipiuntur venae spermaticae dilatatae, atque intortae; aceruum vermiculorum tangere te crederes: flaccida est ut plurimum in affectu hocce, et mollis epididymis, quamvis aliquando maior persentiatur; conueniunt discutentia, subligaculum suspensorium, roborantia, adstringentia, quae ut plurimum abunde sunt, affectu nibil periculi includente; si dolor nullâ alia via sedandus varicosum venae spermaticae ramum teneat, tunc is ligandus, atque excindendus est iudice *Sharp*; minus bene suadent nonnulli, eo in casu amputare testem: vide *Variosis genus*.

6. *Oschocele seminalis, Spermatocele Auctorum*, ut *Venduc* Chirurg. *Astrucii* de morbis ven. *Arnaud* Traité des hernies. L.

Alia est venerea, quae ex syphilide confirmata, vel a gonorrhœa suppressa, ortum dicit: alia vero simplex, quae a variis caussis natales habet. Cognoscitur intumescentiâ testiculi, epididymidis, funiculi calidâ, renitente, dolorificâ; affire potest in apostema, fistulam, scirrham, hydrocelem, sarocelem, carcinoma. Hanc facit semen suis ductibus haerens, eosque vellicans, distendens.

Curatur venae seclione repetita, potu refrigerante, laxante, clysteribus emollientibus, topicis, primum laxantibus, emollientibus, anodynis, dein resoluentibus, ac tonicis.

7. *Oschocele cruenta; Hernia sanguinea Celsi, Pauli Aeginetae; Haematocele Heister Chirurg.* Tom. II. Bertras.

*di Mem. de l' Acad. Royale de Chirurg. Tom. III. A. Fott.
Bell. Syst. of. Surg.*

Debetur ut plurimum caussae externae contundenti, dilaceranti, [vt ipsi interdum curationi palliatuiae hydroceles, quam breui repletio cruenta sequitur,] raro internae rodenti [aut atoniae vasorum sanguiferorum testiculi, varicosorum;] signis gaudet hydrocelis ad candelam non pellucidae, sed potius valde obscurae cum aliquali nigrore. Interdum sola scroti sectione, vel perforatione, cognosci potest. Curatur incisione scroti artificiosa, qua sanguis educitur, postea purgatur vulnus, et tentatur vasis aperti consolidatio; raro sufficit punctio, sub qua affectus ut plurimum recidiuat: vasis spermaticis, ac testiculo, corruptione tentatis, quae tamen in ventrem non penetrauit, viget castrationis necessitas: leuamen a suspensorio.

8. *Ostheocele purulenta, Hernia humoralis Heister. Chir. Dionis Dem. 4. Empycoele Graecorum. C.*

Est puris collectio intra scrotum; signa habet abscessus, vel apostaseos. Curatur incisione, qua educitur pus, vulnera remediis, apostemati dicatis, mundato, et ad cicatricem perducto.

9. *Ostheocele adiposa, Liparocelle Hollerii de morb. intern., Heisteri Chir. Recueame Essai sur les Hernies, Sharp Critic. Inquir. L.*

Lupia est intra scrotum enata, lipoma, vel steatoma referens; diagnosin habeto ex signis lipomatis, steatomatis, quorum curatio liparoceli sanandae competit.

10. *Ostheocele ab algidine; Spermatocelle syphilitica; Algedo W. Cockburn. the cure of Gonorrhœa cap. 8 et 9; vulgo Gonorrhœe tombée dans les bourses. C.*

Est tumor testiculi, qui superuenit gonorrhœae virulentæ suppressæ; mitigatur dolor, tensio et calor, phlebotomis, potu leniente, emulsionibus, cataplasmati emollientibus; sedata inflammatione resoluta, et potissimum hydrargyrosis, adhibentur.

ORDO SEXTVS.

ECTOPIAE.

Ptoſes, celes, pararthremata Graecorum; Prolapſus, herniae, aberrationes, luxationes Latinorum; Déplacemens, chutes, descendentes, hernies, aberrations, luxations.

(*Hunc Ordinem elaborauit D. Cuffon, Doct. Medic. Monspel. et Reg. Scient. Societ. Sodal. **)

SVNT affectus partium organicarum in situ mutato: ectopiarum character est partis solidae e sede nativa deiectio, sensibus obvia; affines sunt admodum affectus ectopi protuberantibus: verum in eo discrepant hi duo morborum chirurgicorum ordines, quod in ectopis protuberantia, quae essentialis non est, a solidis sede propriâ emotis pendeat, in protuberantibus vero tumorem faciant fluida aut congesta, aut solidis plus aequo accreta. [Non incongrue ectopias dixeris partium solidarum e sede sua, continentibus vel relaxatis, vel ruptis, dimotiones.

Poteris distinguerē.

A. in ectopias partium mollium.

1. in *deuiations, aberrationes* Gaubii s. ectopias absque tumore sensibili externo, quorū blepharoptosis, ceratocèle hysteroxia, retrouersio vteri, parorchidium. staphyloma (anonyma Sauv. cat. Sp. I.)

2. in *prolapſus, procidentias*, s. ectopias partium non testarum, quorū exophthalmus, paraglosse, hypostaphyle, exania, exocyste, hysteroptosis, clytropotisis: proptoma.

3. hernias, seu ectopias tefas. (part. abdom.) diuis. hern. v. Syſt. aegr. Tom. I. p. 272. α . peritonaeocele.

B. p-rixis. **γ.** p. c.r.

a. internas.

b. externas. enterocele, epiplocele, gastrocele,

* [Videtur *idem* et praecedenti- vbi Sauvag. non satis fibi consti- bus adstitisse, unde explicare forte tisse videtur.] poteris, quod aliqua deprehendas,

hepatocèle, splenocele, hysterocèle, cystocele, encephalocele.

B. in ectopias partium durarum; luxationes: osteoparatoiae (exarthrema, diaftasis, loxarthrus. — ectopia muscularum. pneumocele cardiacele, diachalafis, ectopia ossis hyoides, gibbositas. (cf. Syst. aegritud. T. I. pag. 270. I. 272 sq. 283.)

Dividuntur ectopiae in *prolapsus, hernias et luxationes*: cadunt in *partes molles* prolapsus et herniae; in *partes vero duras* luxationes: in prolapsibus pars, sedem mutans, nuda est, et sensibus immediate explorari potest: in herniis sub coenamibus saltem integumentis delitescit pars, ex loco deiecta, et sensibus mediate tantum, non immediate, obvia fit. Notandum, partes prolapsas nunc oculis patere etiam ante lapsum, nunc vero tantum post, quam prolapsae sunt: procedunt etiam partes, quas nec lapsus quidem oculis subiicit; verum eae tunc immediate tangi possunt. Circa hernias hoc quoque notandum, partem herniosam fere semper erumpere ex natu, quibus coërcetur, claustris; dari tamen herniae genus unum et alterum, in quo, seruatæ etiam propriæ cautate, pars nihilominus situ non gaudet natu. Exempla subministrant parorchidii species, et vteri inclinationes: hinc nec sub prolapsum, nec sub herniarum titulo, verum sub aberrationum nomine (melius forte) *Gaubio* veniunt ectopiae huiuscmodi; in parathrematibus loco natu emouetur pars dura, ut ossea, cartilaginea, vel situm mutat.

Ideo partes in loco natu continentur, licet actione muscularum, et vi gravitatis saepe extra protrudantur, et a sede recedere nitantur, quia vires, quibus coërcentur, seu retinentur, aequales sunt, imo maiores viribus eas expellere nitentibus; vires retentrices sunt cutis, tendinum, ligamentorum, capsularum elasticitas, contracilitas; crassitiei, numero, densitatibus fibrarum proportionalis est ea vis: si itaque pars quedam ex sua sede dimoueat, necessum est omnino, ut vis expellens, siue viua, ut nifus, motus, saltus, clamor, iactus siue mortua, ut pondus partis, eius pressio, momentumque quo vis vtitur, faciant produclum maius, quam quod a viribus retentribus resultat.

Vnde sequitur, vt quaecumque ectopia tribuenda sit, vel principio actiuo, seu cuidam violentiae, vti auctis viribus expultricibus, vel e contrario cuidam laxitati, seu debilitati, seu imminutis viribus retentricibus. Ex his diuersis principiis, diuersa prorsus oriuntur symptomata, diuersaque pendet curandi methodus; nam vbi ectopia fit per violentiam, tunc est dolor, tensio, calor; et e contrario cum fit a laxitate, nullus est, vel minor multo dolor, minor irritatio. Propterea in primo casu, partem in pristinam fedem reponere, difficultum, retinere facilius est; in secundo e contrario partem restituere sedi pronum est, in ea vero fieri, non ita facile, deinde ratione curae, vbi pars loco emouetur per violentiam, laxantia, lubricantia, anodyna, phlebotomia auxilio sunt: e contrario cum a laxitate fit ectopia, exsiccantia, roborantia, irritantia, aromatica, tonica profundunt. Errant ergo, qui omnes paratopias, tamquam a laxitate oriundas, eadem methodo curandas censent, et distinctionem vere mechanicam, ab antiquis traditam, inter vires expultrices, et retentrices, contemnunt, aut non capiunt. Errant etiam, qui omnem partis elevationem, seu protuberantiam, a fluidorum stasi, tamquam a causa proxima, repetunt, cum a vi contentorum absoluta, vel respectu ad continentis resistentiam adauclà, repeti debeat.

Sub hoc ordine militant genera sequentia, exophthalmia, blepharoptosis, hypostaphyle, paraglosse, proptoma, exania, exocyste, hysteroptosis, (haec prolapsus sunt;) enterocele, epiplocele, gastrocele, hepatocelle, splenocele, hysterocelle, cystocele, encephalocelle, hysteroloxia, parorchidium, (haec vero herniae; nisi ultima duo genera, non hernias, sed aberrationes esse velis;) exarthrema, diaftasis, loxarthrus, (haec tandem osteoparatopiae.)

XLI. EXOPHTHALMIA; *Magnitudo nimia, prolapsus, expressio oculi Latinorum; Hygrophthalmia, Elephantiasis oculi Boerhaave de Morb. Ocul. Part. II. cap. 5. Exophthalmia, Hydrophthalmia, Buphtalmus, seu Buphthalmia, Ophthalmostosis, Ecsternus Graecorum, Mauchart Diff. de Hydrophthalmia, et oculi paracentesi inter Haller. Disput. Chir. T. I. Groffeur contre nature, hydro-*

pisie, cancer, chître de l' oeil. Maitre - Jan Part. II. chap. 6. Saint - Yves Part. II. chap. 1. *Ophthalmoptosis Selle* med. clin. p. 367.

Est bulbi oculi prouidentia, autà, vel non mutatà sensibilius natuà ipsius magnitudine cum visus debilitate. Exorbitat itaque oculi bulbus plus, minus, distensus, ac tumens, vel extropulsus, ac prolapsus, vix mutatà ipsius mole; neque a palpebris, quae sanum de cetero oculum clauderent, tegi potest.

1. *Exophthalmia satarrhalis, topica.* *Exophthalmia hydroptica.* *Hydrophthalma, Buphtalmia Mauchartii.* *Hydrophthalma Platneri.* Instit. chirurg. §. 754. *Hydrophthalma Boerhaave.* *Turgescentia vitrei serosa Mauchartii.* *Hydrophthalma serosae vitrei turgescentiae mixta,* eiusdem. *Hydropisie de l' oeil.* Saint - Yves. *Grosseur contre nature de l' oeil;* *Extension non naturelle du corps vitré* Maitre - Jan. D.

Species haec debetur nunc aquei humoris incremento (hydrophthalma), nunc incremento vitrei (serosa vitrei turgescentia), nunc utriusque (hydrophthalma cum vitrei turgescentia combinata).

Hydrophthalmae signa sunt: successuum bulbi oculi augmentum, cum tensione turgida, atque exorbitatione; cornea plus solito eleuata ac prominens, iris profundior, et ab interna corneae superficie remotior; pupilla immobilis, nunc amplior, nunc strictior (eadem remanet pupillae mobilitas et magnitudo, iuxta Antonium Maitre - jan) visus ab initio illibatus, successu debilior, obscurior, dolor nunc mitis, obtusus, circa oculi fundum, nunc grauior, cum eiusdem lateris affecti hemicrania, stupore partium faciei, aliquando et emphysemate, odontalgia, insomniis, tandem sub ulteriore molis incremento, epiphora, ectropium.

Turgescentiae vitrei serosae signa sunt: notabile bulbi oculi exorbitantis augmentum, cum insigni ipsius duritie, ac tensione turgida; umbra lenti crystallinae affusa a limbo vitrei circa ipsam eleuati; strabismus versus superiora; dolor nunc obtusus, nunc vehemens; notabilis visus imminutio; iris conuexa, ad corneam magis approximata; pupilla plus solito dilatata, et parum omnino mobilis.

Hydroptalmiae, cum vitrei incremento combinatae, difficilior diagnosis; quod ad curatiohem non magni interest. Hanc tamen licet hariolari ex mole ocularii, bulbi nimiā, velocius incremente; ex ipsis duritie insigni, ex strabismo, ex pupillae magnā dilatatione, ex iride profundiori, et cornea elatiōri. Haec exophthalmiae hydropicae varietas composita, nunc debetur sero acriori, nunc vero mitiori, in oculum depluente; in primo casu symptomatis iam dictis sociatur inflammatio interna externaque, febris, agrypnia, quae a secundo casu exulant.

Hanc speciem, non neglecta, si vigeat, ophthalmia, curabis phlebotomiā, catharticis repetitis, resoluentibus intermis spirituosis, discutientibus oculo, admotis, vesicatoriis, fetteo, fonticulis, imo et oculi paracentesi in sclerotica, vel cornea instituta (*Vide Mauchartium locis citatis.*)

2. *Exophthalmia purulenta* Maitre-Jan, part. 2. chap. 6.
Exophthalmia hypopyica Boerhaave loc. cit.

In hanc speciem abit species praecedens, si inflammatio a sero acriori, in oculum depluente, inducta in suppurratum abiicit. Post dolores atroces, inflammationem intus et extus adactam, tumefactionem summam membranarum, oculi album efformantium, palpebrarum inuersionem, epiphoram calidam, et acerem, turbatur tandem oculus, et fit partium internarum suppuration, ac destruētio. Labente tempore tandem rumpitur, et exulceratur oculus cum puris effluxu, dolorum leuamine, successuā partium deterione, bulbi ocularii imminutione, ac demum cicatrice. Curationem sequentem recipit haec species: pure penitus facta, si summa sit inflammatio, et dolores atrociissimi, aperienda cornea in ea parte, per quam viam sibi parat pus conclusum, aut in parte declivi quacumque, si nullam specialiter affeclare pus videatur. Ea ratione doloribus maioribus a ruptionis spontaneae protractione oriundis occurretur; adacta ultra vucam lanceola, pure euacuata, et mundato per collyria abstergentia oculo, tandem cicatrix inducitur. Cf. Spec. 7.

3. *Exophthalmia caucrota; Cancer de l'oeil* Saint-Yves, part. 2. chap. 1. C.

Sanguis spissus vasa membranarum oculi infarcit, easque valde crassas reddit, ac veluti carnosas: inflammatio et dolor incipiente morbo moderata, eo progreudente sensim augescunt; tollitur visus. Grauis prorsus est aegritudo huiusmodi, membranarum oculi quasi cancer, qui licet quandoque non exulceretur, nihilominus tamen temporis successu dolores atroces parit eum febre, ac tandem morte. Sola oculi exstirpatione sanitas, aut vita, seruari possunt. Vide auctorum citatum.

4. *Exophthalmia traumatica* Maitre - Jan, part. 2. chap. 10. D.

Oculus saxe, pilâ lusoria, fuste, et similibus, violenter percussus, non contunditur solum cum interiorum ruptione, atque confusione; verum etiam disruptis membranis communibus, musculis, aliisque, quibus gaudet, vinculis, exorbitat aliquando, extruditur plus, minus, prolapsus, imo in ielu violentissimo partium nonnullarum, adhuc integrarum, fragmentis tantum sustentatus dependet. In leniori malo tentanda est partium disruptarum agglutinatio, reposito intra orbitam oculo; in malo vero grauiori, quoniam separatorum coalitus impossibilis est, instituta vinculorum, quae supersunt, pauculorum sectione, et cohibita haemorrhagiâ, febri et inflammationi occurretur per phlebotomias, clysteres refrigerantes, diaetam tenuem: suppuratione factâ, pars a pure mundabitur, et tandem suo tempore cicatrix inducetur. Vide auctorem citatum.

5. *Exophthalmia phymatica seu a protuberantia* L.

Variât multifariam haec species; extruditur enim oculus:

a.) Ab exostosi introritali, *Petit Maladies des os, chap. de l' Exostose.*

b.) Ab apostemate introritali, *Maitre - jan part. 3. chap. 1.*

c.) Ab hematocystide introritali, *Maitre - jan ibidem.*

d.) A scirrho, cancro glandulae lacrimalis, *Boerhaave part. 1. cap. 7. Gorter Chirurg. repurg. lib. V. cap. X.*

e.) Ab hydatidibus introritalibus, *Petit ibid. ac supra.*

f.) Ab adipis introritalis intumescentia, *S. Tves part. 1. chap. 19. 20.*

g.) A lupia introritali, *Maitre - jan ibid.*

6.) A gummate introrbitali, *Afruc Traité des tumeurs*, tom. 2. liv. 5. chap. 5. pag. 190.

Non quaevis protuberantia intra orbitam enata exophthalmiam valet producere; verum ea tantum, quae satis magna ac profunda est: qua proportione crescit protuberantiae molles, pari passu extruditur oculi bulbus, vix quoad magnitudinem natuam mutatus: facilis in vniuersum est huius speciei diagnosis, ast non ita facilis varietatum distinctio: has vt ab inuicem disternines, lege auctores citatos, ad quos breuitatis causa amandatum te volumus. Curatio pro indeole protuberantiae, cui natales debet exophthalmia, varianda est. Hanc tibi dabunt *Petitus*, *Maire-jan*, *St. Ives*, *Boerhaave*, et *Afruc*, in locis sub qualibet varietate allegatis. Vide insuper exostofeos, apostematis, hydatidis, lupiae, scirrhi, carcinomatis genera.

6. *Exophthalmia paralytica*, *Maire-jan* part. 3. chap. 2. L.

Debetur haec species paralysi muscularorum, bulbum oculi introrsum trahentium, seu muscularorum oculi rectorum, falso obliquis. Vide signa paralyeos nec non ipsius curationem, hinc habebis speciei huiusce diagnosin ac therapiam.

7. *Exophthalmia critica*, *D. Chaptal* obseruant. D.

Obseruabatur haec species in homine, vniuersalem passo tetanum, qui iudicatus est materiae morbificae decubitu in sculum; intumuit ad pugni magnitudinem oculi bulbus mitum in modum exorbitans, et ruptione fundens ichorem copiosissimum, pure mixtum. Postulat remedia exophthalmiae purulentae.

8. *Exophthalmia a conatibus*; huc *Ecpiesmus ex nisu parturitio Pauli Aeginetae*, lib. 3. cap. 22. *Ecpiesmus ex certamine athletico Aetii* part. 2. ferm. 3. cap. 55. D.

Exprimuntur aliquando oculi, vt prominentes permaneant: oculorum expreßiones ex nisu laborantium e dolore partus contingentes saepius purgationibus in partu succedentibus soluuntur; proinde has moliri atque iuuare, competit.

9. *Exophthalmia strangulatoria*, *Ecpiesmus ex strangulo Pauli Aeginetae*, *Aetii*. l. m. c.

Ita exprimuntur ac eliduntur oculi ut exerti perseverent: quibus ex strangulatu hocce vitium oritur, incisio venae cubiti praefidio est.

10. *Exophthalmia a chemoſi Saint Tves part. 2. chap. 4,*
5, 6. Afruc de morbis venereis lib. 9. cap. 3. §. 3. D.

Oritur haec species ab ielu, in oculum, aut eius vicinias, inflito, a decubitu ad coniunctivam critico, in febris contingente, a lentore phlogistico a parte inflammata ad coniunctivam translato, ab humoris, qui in gonorrhœa virulentâ funditur, parcus, vel nequaquam, effluentis, metastasi in coniunctivam facili. Signa diagnostica sunt coniunctivae rubrae, dolentis, calentis tanta intumescentia, ut ad digitum transuersum emineat; cornea veluti in sœuae rotundæ fundo depreffâ iacet; adeſt dolor capitî, et oculi, maximus, grauitas supra orbitam, agrypnia, febris, pulsatio; antrorsum prominet oculus, nec a palpebris, quae claudi nequeunt, etiam extrouertuntur, penitus tegi potest. Iisdem symptomatibus gaudet chemosis venerea, cum isto tamen discriminé, quod in istâ coniunctivâ tumidissima videatur, dura ac carnosâ, et per innumera ipsius puncta fillet materia spissa, acris, flavescentia, humoris gonorrhœici prorsus similiſ. Curationem deprome ex S. Tves, et Afrucio. (*Vide Exophthalmiam chemoſin.*) [Probe memoris, hic sermonem esse non de specie exophthalmiae, sed de differentiis, speciem varietatis, ut ita dicam, praeſe ferentibus. Scil. admodum, differentiarum instar, differunt exophthalmia ab ielu, eaque a phlogosi, ab ea a gonorrhœa suppressa, quod nisi phænomena edocerent, certe medendi methodus, his approprianda, est comprobatura. Mallem itaque, placuisse vtrique auctori, haec in plures species distingue, quas infra ponam.]

II. *Exophthalmia a staphylomate.* L.

Locum habet haec species quotiescumque staphyloma, siue fiat integrâ, siue diuīſa cornéa, ad tantam molem affurgit, ut semper nuda, partim faltem, protuberantia remaneat; neque a palpebris tegi possit pars oculi anterioris prominens. (*Vide Staphylomatis genus.*)

12. [*Exophthalmia phlogistica*. v. Spec. 10.

Ab i&tu: a phlogofi oculi, chemofi, rel.

13. *Exophthalmia syphilitica et venerea*. v. Spec. 10.

A gonorrhoea suppressa, a chemofi venerea. Signa morbi, gonorrhoea suppressa, et signa diáa l. c.]

XLIII. BLEPHAROPTOSIS, Mauchartii; Blepharoptosis, Lagophthalmus, Ectropium, Entropium Graecorum; Palpebrae superioris casus, retrahitio, palpebrarum introueratio, extroueratio Latinorum; Châte, relaxation de la paupière supérieure, étalement des paupières, trichiaise avec introversion des tarses. Vide Platner. Institut. Chirurg. §. 577. §. 584. Maitre-jan part. 3. chap. 18, 19, 20, 21. Saint-Yves part. 1. chap. 8, 9, 10. Dionis Dem. 6. Boerhaave de Morb. ocul. part. 1. cap. 5. Heister. Chirurg. Tom. I. part. 2. sect. 2. cap. 45, 46, 48. Gorter Chir. teplurg. lib. 5. cap. 10.

Est palpebrae virtusque, vel alterutrius, elongatae, retractae, introueriae, vel extroueriae, ectopia, cum symptomatibus, in diuersis speciebus variis.

I. *Blepharoptosis genuina; Blepharoptosis Graecorum; Casus, lapsus palpebrae superioris Platneri, Boerhaave; ptosis Heisteri; châte, relaxation de la paupière supérieure Maitre-jan, Saint-Yves, Dionis. L.*

Comprehenduntur hac sequentes differentiae:

A. *Traumatica*, a vulnero, musculis frontis temporis, et palpebrae superioris leuatori, inflitto; B. *farcomatica*, a tumoribus quibuscumque maioribus, pondere suo palpebram deorsum trahentibus; C. *phlogistica*, a defluxionibus inflammatoriis, palpebram elongantibus; D. *catarrhalis*, a merè relaxatio ne palpebrae per serum superfluum inducta; E. *neruosa*: paralytica, à palpebrae paralyysi, quae nunc constans est, nunc vero periodica. (Qualibet nocte recurrentem eum epiphora mucosa blepharoptosis paralyticam refert Cantwel in Tranfalt. philos. 1738. n° 449. quam sanarunt aquae bellilucanae nuchae affusae). In hac specie palpebra superior elongata actione musculi, ipsam eleuantis, attolli nequit; hinc vel nullo modo,

vel non sufficienter, denudatur oculus, atque ita nulla fit visio plurimum, nisi palpebra continuo manu eleuetur. Circa hanc notabis, quod paralyssi simul afficiantur gena eiusdem lateris, laxior maxilla, lingua, oculus, partes aliae.

Varietates B^{am} et C^{am} curabis depulso morbo primario, cui illae natales debent: D^{ae} conueniunt fatus roborantes, spirituosi: E^{am} adorieris remediis antiparalyticis extus, et intus usurpati; quae si minus bene cesserint in duabus hisce varietatibus, curatio petenda est ex operatione chirurgie in palpebra prolapsa, vel in cute frontis instituta, qua etiam vtere ad sanandam varietatem A^{am} (*Vide Platnerum, Dionis et Heisterum*).

2. *Blepharoptosis lagophthalmus.* Vide autores in charactere citatos; *oeil de lièvre, lagophthalmie.* L.

Fit in palpebra superiori; 1° a mala conformatione; 2° ab exsiccatione ab ophthalmicis inducta nimis adstringentibus; 3° a museuli, palpebram referant, spasmo, vel tono nimio; 4° quod saepius euenit, a cicatrice, vulnera, vlcera, visionem, palpebras, imo et frontem afficiencia, sequente. Hanc cognoscet palpebrae superioris retractione, qua fit, ut parum descendat, oculumque non contegat somni tempore. Exulat palpebrae extrouersio; exsiccatur primum cornea, dein pelluciditatem amittit; in palpebra inferiori obseruatur etiam id vitii genus, neque alias agnoscit caussas. Huius speciei varietates, quae a spasio vel paralyssi profiscuntur, remediis, morbis hisce dicatis, debellare fatigates. Si magna sit retractione, medelam non recipit affectus. In malo leuiori curatoria esse possunt humectantia, emollientia, laxantia, traxio in sensum contrarium ope manus, emplastrorum, spleniolorum saepius instituta; quae si minus proficient, ad chirurgicam operationem configendum esse volunt plurimi, renuentibus Gortero, et Maitre-jan: sectionis insituendae rationem vide apud citatos autores.

3. *Blepharoptosis ectropium.* (*Vide autores modo citatos.*) *Erailement.* L.

Haec species in palpebra vtraque, ast frequentius in palpebra inferiori obseruabilis, fit 1° a membranae palpebrarum internae laxitate per diurniorem emollientium usum indu-

ela; 2º a protuberantia intra palpebras enata; 3º ab obfretione, si nimis infantis oculi ab obstetricis digitis nimium vexati fuerint; 4º ab operatione fistulae lacrimalis, si nempe separantur tarsi in magnó cantho; 5º a marginali dialyfi, quando per vulnus, vlcus, finditur palpebrarum margo, retraxis, et retortis, fissurae angulis; 6º tandem a cicatrice, vulnera, vlcera, ambustionem, excipiente.

Huius speciei signa sunt: palpebrarum breuitas ac extroversio, ita, vt pars rubra interior, turpem generans adspicuum, promineat, nec sufficienter oculus contegatur. Curatur varietas 1º vsu roborantium adstringentium, exsiccantium, diuturno; 2º tollit protuberantias curatione per congrua remedia, vel eius ablatione per caustica, excisionem artificiosam; 4º fanavit *Le Dran* operatione in *Mem. de l' Acad. R. de Chir. T. I. legenda.* Medelam non recipiunt varietates aliae. Chirurgicam operationem suadent nonnulli, quae A. Maitre-jan non probatur. (*Vide Mauchartii, et Keckii dissertat. de cibropio.*)

4. *Blepharoptosis entropium*, (Vide auiores citatos); *Trichiaise avec inversion des tarses.* L.

In hac specie, quae sub nominibus trichiaeos, dyslichiaeos, phalangioeos, ptoeos etiam, venit, oculo obuertuntur tarsi cum suis pilis, accedentibus ophthalmiae a trichiasi symptomatis. Conuerzionem faciunt 1º emphysema, oedema, cet. partes palpebrarum exterieores occupantia; 2º debetur et etiam contractioni membranae internae palpebrarum ex *Dionis*, nec non iuxta A. Maitre-jan, a strictura, quam facit humor, qui lippitudinem sicciam, duramue, inducit, si nempe in oras palpebrarum depluens ipsas externe tumefaciat atque induret. In varietate 1º ea usurpanda venit medendi methodus, quae oedemati, emphysemati, cet. competit; quam, si opus sit, excipient remedia, ophthalmiae dicata; operationem chirurgicam, eo in casu ab antiquis, imo et neotericis, celebratam, reicit A. Maitre-jan. In varietate altera incisionem longitudinem proponit *Dionis*; auctor vero modo laudatus emollientia, artificiosam ciliorum auulsionem, et ophthalmiae remedia; nequaquam autem ipsi probantur tum. ciliorum pungentium extroflexio, et agglutinatio, tum usq; ope cauterii actualis, tum ea remedia, quibus impediri perh. bent, ne cilia denuo

P

succrescant; ceterum locus est in hac specie suturae siccae a Dionis laudatae, qua si non restituantur cilia, configiendum esse, dicit la Faye, ad operationem ab antiquis propositam, modo mitiori peractam, eo scilicet, quo in blepharoptosi vera ab ipso celebratur. Vide *auctores citatos*.

XLIV. HYPOSTAPHYLE. *Staphyle seu Vuia, kion seu columna, imantium seu lorum, Craspedon, Columella bicornis, Aretaei Acutor.* Lib. I. cap. 8. de affectibus columellae; *Vuula prolapsus Nenteri* Tab. 25. cap. 8; *Vuula nimirum producta Heisteri Chir.* T. II. pag. 659; *Vuulae inflammatio, catarrhus, paralysis, casus Gorter* Praxis Med. Syst. pag. 165; *relâchement de la luette, Dionis Dem. V. Chute de la luette, luette basse, luette tombée.*

Est gurgulionis, seu vuulae, laxatae, inflammatae, vleratae, incrassatae, attenuatae, bicornis, procidentia cum molesta, ac difficultate inter deglutiendum, tussi, naufragia, expunctione fere continua, et quandoque dyspnoea, nec non psellismo.

Nota. Aretaeus, columellae affectus memorans, prolapsum vuulae quinquefariam diuidit, scilicet in columnam, vuam, lorum, craspedon, et vuulam bicornem. In *columna* phlegmone crassescit gurgulio in longum potentus, rubens, et a basi usque ad extrellum aequalis. [Tunc aliquando ad latus ita se deuolutus, ut abesse videatur.] In *vuad* in parte sui extrema rotundatur, crassescit, liuet, subnigricat gurgulio, figura, colore, magnitudine vuae similis. In *craspedo* in tenuem, et oblongam membranam definit columella habens in extremo veluti vrinaculum. In *loro* membranae ab utraque parte vuulae adiacentes in latum explicantur, veluti vespertilionum alae. [Id potissimum accidere potest, quum vuula vere deficit, quem defecum citra damnum, in fano aliud, vidi.] Tandem *bicornis* redditur vuula geminis membranis hinc atque inde pendentibus. Viderint autoptae, an recipiendae sint hae omnes species: nobis vero binâ sub specie totum hocce genus continetur.

1. *Hypostaphyle phlogistica, ab inflammatione; Inflammatio vuulae Celsi, lib. 6. cap. 14; Aretaei, de curat. acut.*

lib. I. cap. 8; *Nenteri, Heisteri, Gorteri, cet. Inflammation de la lvette.* A.

Elongatur, ac procidit, formâ variâ gurgulio tumidus, caiens, acute dolens, ruber, vel liuidus; inflamatio in suppurratum nonnumquam abit; maiôr est et deglutiendi, et spirandi, difficultas in hac specie, quam in subsequenti. In grauiori malo prompta a strangulatu pernicias impendet. Curatur veneae seclione, alii ductione, collutione emollienti antiphlogistica, subadstringenti, scarificationibus. Vide *auctores ciatos.*

2. *Hypoſtaphyle à laxitate; Prolapsus vuulae Nenteri; Producſio vuulae a pituita Heisteri; Oedema vuulae Gorteri; Catarrhus vuulae eiusdem; Casus vuulae Dionis, Gorteri; Propendentia vuulae paralyticae Gorteri; Relâchement, chute, paralysie de la lvette.* L.

Laxatur, elongatur, vuula, colorem natuum nunc feruans, sed attenuata, nunc pallida, frigida, oedematoſa. Curatur haec species applicatis spirituofis, roborantibus, adſtrigentibus, acribus, v. c. pipere, pimpinellae rad. et eff., adhibitis interne catharticis, resoluentibus, tonicis. In caſu paralyſeos competit curatio blepharoptoſeos paralyticæ; quaeſi non proficiant, amputatio instituenda, compressâ, ſi opus fit, haemorrhagiâ ope flyptici. Vide *auctores ciatos.*

[Haec species comprehendit proprieſequentes differen-
tias:

- a. *neruosa*, a laxitate, paralyſi.
- b. *catarrhalis*: oedematoſa.
- c. *atrabilaria*.
- d. *farcomatica*: comes polypi narium. rel.]

XLV. PARAGLOSSE, *Linguae extumefcentia, magnitudo, inflatio Galen. Method. Med. Libr. XIV, Valeſci de Taranta Philon. lib. 2. cap. 59. Marc. Donati Med. Histor. mirab. lib. 3. cap. 4; Linguae retracſio, exertio Gorteri; Gloſſocele Gaubii Pathol. §. 242; Linguae extruſio Eiusdem §. 254; Renverſement de la langue dans le goſier, Petit Mem. de l' Acad. des Sc. 1742; avalement de la langue,*

châte de la langue, retraction de la langue, grandeur excessive de la langue, sortie de la langue.

Est linguae, motu deglutitorio in fauces reuolutae, vel ore extrusae, exundantis, exsertae, ectopia, imminutâ, vel auctâ ipsius magnitudine: accedunt symptomata alia, in speciebus variis varia.

1. *Paraglosse deglutitoria, Linguae voratae resolutio in fauces Petit, Glossocele seu hernia linguae Gaubii; avalement de la langue, châte, renversement de la langue dans le goſier.* D.

Hanc speciem obſeruare datur in recens natis, linguae freno praepostere, aut ultra modum, feclo, imo et aliquando nullâ institutâ freni ſectione (Vide obleruationes a *Petito* re-latas). Lingua vorant, et mortem ſpiritu intercluso ſibi inferunt nigritae, vt herorum verbera iniqua vlcifecantur; teſtantur historiae, et auctores fide digni. Quotiescumque id vitii contingit, primum labia, et buccas mouet recens natus eodem modo, ac dum vbera exſugit. Auditur ſonus qualis in deglutiētibus; mox ſubito ingruit suffocatio, lingua, quae natuam feruat magnitudinem, tunc temporis per deglutitorium niſum haufatā, in fauces plus, minus, reuolutā, et ſuppoſitam epiglottidem claudente. Auertitur suffocatio, letum imminens, si digito in os immiſſo lingua reponas, aut si oblatum digitum linguā exſugat puerulus; qui si ſibi relinquatur, breui in suffocationem iterum incidit, linguae reſtitutione denuo tol'ndam: verbo recurrit, et suffocationis periculum, et repositionis neceſſitas, donec lingua noueris in ore retinere, quod ſpleniolo ac congruā fasciatione praeflitit *Petit*: valent hic loci etiam quae lingua vulneratam in eodem ſitu remanere cogunt. Infantulum alterum qui freno licet integro, lingua tamen vorabat, curauit *Petit* excubiis affiduis, et admotis vix expergefacto vberibus. Ceterum ſiuē hanc ſiuē illam viam ineas, eam per longum tempus terere memineris. Plura vide apud *Petit*.

2. *Paraglosse glosſomegiſtus; Intumescentia linguae nimia Galeni; Magnitudo, et inflatio linguae Valeſci de Taranta; Tumores linguae miri Marcelli Donati; Grandeur excessive de la langue, tumeur de la langue.*

Varietates plures habet haec species: enim uero lingua portentose intumescit ita, ut ore capi nequeat; 1. a glossitide genuina; 2. a glossitide catarrhalis; 3. a tumore inflammatorio glandularum, ipsius basi suppositarum; 4. ab hydrargyroso minus caute adhibita. Cognoscitur haec species magnitudine linguae ore non continenda, exundantis, exsertae; facilis varietatum dignotio: lingua tumore compressa crassescit, elongatur, latecscit, dentibus non coercenda, diaphana, dura, albida.

Varietatem 1^{am} curabis venae sectione, alii ductione, collutionibus, refrigerantibus, acidis, nitrofis, cet.: 2^{am} vero emeticis, hydragogis, clysteribus acutis, hydragogis, verbo, remediis catarrhi; 3^a curata fuit glandularum, phlogisticis infarctarum, suppuratione, tumoris apertione spontanea, ac mundatione per congrua remedia; 4^{am} debellabis ea methodo, qua sanguinatio nimia hydrargyrosos tempore contingens reprimitur.

3. *Paraglossa exertoria; Linguae exsertio, Gorteri Syst. Prax. med. pag. 160; Linguae extrusio Gaubii Pathol. sortie de la langue. L.*

In hac specie lingua involuntarie exseritur, et maximam partem extruditur, eadem remanente nativa ipsius mole; sit id vitium vel muscularum, linguam retrahentium, paralyticum, vigente simul exerentium muscularum actione, vel conuulsione tonica, aut clonica, muscularum, linguam extorsum trahentium. Pendet a morbis cerebri. Vidi puerum, annos natum duodecim, in praeludio variolae conuulsionibus per biduum integrum diuexatum, cui lingua conuulsive per intervalla mire exserebatur, et maximam partem extrudebatur. Remedia postulat ea paraglossa, quae sibi poscit morbus cerebri, unde sobolescit.

4. *Paraglossa retractoria; Retractio, contractio linguae. Gorteri ibidem ac supra; Retraction de la langue. L.*

In hac specie citra voluntatis imperium ita retrorsum trahitur, aut contrahitur, lingua natuum seruans volumen, ut a dentibus lateraliter vel antice multum distet. Pendet a morbis cerebri: ex specie praecedenti abunde intelligitur. Hanc curabis, si morbum primarium, cui natales debet, do-

puleris. De paraglosse traumatica mentionem iniicit *Fel. Platerus Prax.* lib. II. C. 2.

XLVI. PROPTOMA scroti, labii inferioris, mammarum, praeputii, auriculae prolapsus. Chute, relaxation, allongement du scrotum, de la lèvre inférieure, des mammeles, du prépuce, de l'oreille.

Est partis externae (appendiculum externarum), etiam ante lapsum conspicuae, procidentia.

1. *Proptoma scroti, racosis Graecorum; relaxation du scrotum, Dionis Dem. IV. L.*

A sero luxuriante ita laxatur, et elongatur, scrotum, ut inter femora valde propendeat; leuis affectus est racosis, cui occurses brachorio faccato, suspensorio vulgo dicto, exsiccantibus, adstringentibus; nusquam tentanda operatio chirurgica, nisi in aegris, quos promptae ac radicalis curationis cupiditate tenet: huius instituendae rationem lege apud *Dionis.* Sequentes proptomatis species satis sit enumerasse.

2. *Proptoma labii inferioris.* (Vide ptyalisimum.)

3. *Proptoma mammarum. L.*

Artificiose producitur apud incolas insulae Formosae, apud Papous, nec non apud Aegyptios: affere apposito deprimentur, et elongantur mammae.

4. *Proptoma praeputii. L.*

Tantus est vulgo huius partis prolapsus apud Aegyptios, ut persistat artifices, qui fistulâ impari monente eos, qui circumcisione indigent, ut hisce in regionibus faciunt ex professo suum castratores.

5. *Proptoma auricularum. L.*

Artificialis est hic prolapsus apud Siameos: pertunduntur auriculae; ponderibus onerantur; foramen pugni magnitudinem adaequat; tandem ad humeros usque fit auricularum descensus.

6. [*Clitorismus Sagar, Sp. 3.*]

Clitoris, nymphae, ac labia vulvae, prolongantur ex laxitate aut decubitu humorum.]

Nota. An ad proptoma pertinet ea carnis moles, quae mulieribus Hottentotis in pube enascitur, atque deorsum propendet, pudenda obtegens? an hoc referendae magnae illae plicae in cute abdominali quarumdam mulierum conspiciebantur? an hoc etiam labiorum vuluae magnorum paruorumque elongationes in mulieribus nonnullis obseruandae.

XLVII. EXANIA, *Prostocle Pathol. meth. edit. 3.* *Morbus poenalis Gerhamensi Libr. Regum I. cap. 5;* *Prolapus ani Auctorum, ut Plateri Prax. Lib. II. cap. 2.* *Nenteri Tabul. 126, cet. 5.* *Chute du fondement Dionis.* *Dem. IV. pag. 392.* *Arnaud des Hernies T. I. chap. 28.* *Levret Obs. sur les Polypes Sect. 3. pag. 165.*

Est sphincter ani, et intestini recti inuersi, procidentia; extuberat, et rubet ad podicem pars prolapsa, plus, minus, longa, atque incrassata, reducibilis semper in principio, et, nisi saeuat strangulatio, vel obstet nimia eius crassities. Species omnes variant, quatenus nunc tantum marginatur anus annulo crasso, Gallice *bourlet*; nunc vero, intestinum rectum formâ botuli, Gallice *boudin*, plus minus longi, propendet; ad pedis vnius longitudinem, visum est, descendere.

Inflammationi, strangulationi, gangraenae, obnoxiae sunt omnes exaniae species. Inflammari, sphacelari, cognoscunt signis inflammationis, et gangraenae generalibus. Strangulationem adeisse, declarabit irreducibilitas, ab inflammatione pendens. Est et alia irreducibilitatis species, quam patitur pars prolapsa, exulante etiam inflammatione, si nempe mirum in modum huius moles increuerit. Inflammationem, et exinde natam strangulationem depellere fatiges, iteratis venae-sectionibus, emollientibus solis, imo mitiora resoluentia acipientibus formâ cataplasmati, fôtis, linimenti, cet.; nec non promptâ reductione; si fecum in intestino recto morantium suspicio sit, eae clystere educendae ante, quam repositioni te accingas. Aduerlus gangraenam, hic loci certe aeger-rime sanabilem, vide quae sub sphaceli genere dicta sunt. Si reductioni obstet nimia partis prolapsae incrassatio, ad eam impetrandam viam sternent phlebotomiae, et emollientium, resoluentibus sociatorum, assida et constans applicatio.

1. *Exania primaria.* L. Vide autores citatos.

Variat in marginalem et botuliformem; variat etiam, prout cauffam nullam habet evidentem, seu spontanea est; vel quatenus diuersas agnoscit cauffas proctatardicas, ut planctus, clamores, sessionem in sellis perforatis diuturnorem, conaminosam fecum duriorum diectionem, cet. Diagnosin habeto ex signis genericis, et ex morbi primarii, a quo sobolescat, defectu. Amotis prius cauffis proctatardicis, ista species, quae symptomaticis contumacior est, curatur reductione in varietate botuliformi, et in pueris difficilius obtainenda (de hac vide Arnaud), et firmata parte, ope situs, spleniorum, fasciationis, adstringentium. In pueris haec vulgo satis sunt, modo cylstere moliores, fluxiliores reddantur feces, quoties aluum deponere volunt; quibus si nihilominus ani prolapsum reuocet alui egestio, ani latera memineris sustentare digitis, dum feces nituntur expellere: hanc, si necessaria sit, nauare fibi possunt operam adulti, quos longa quies, et iam dieta auxilia sanant, si recens sit exania; si feces duriores morbo ortum dederint, superuacaneum dicere existimamus, curationem esse clysteribus auspicandam, quibus eae molliri ac solvi possint. Haec irrita si sint, et habitualis fiat procidentia ani, etiam extra alui diectionem erumpentis, tunc locus est pessario (vide Arnaud) vel vesicae veruēcinae a Levretio in anum inditae, vel bracheriis Suretianis. In exaniā quacumque botuliformi, si ita iubeat irreducilitas, vel gangraena, ligaturā iniecta exstirpari potest pars prolapsa, neque successu caruerunt nonnulla instituta eā in re tentamina.

2. *Exania ab alui fluxu.* D. Vide autores citatos.

Variat in marginalem et botuliformem. Pendet a praegresso fluxu diarrhoico, dysenterico, tenesmodeo, qui cum signis genericis hanc speciem fistit; sublate fluxu per remedia diarrhoeae, dysenteriae, tenesmo, appropriata, iuxta genium cauffae, cui natales debet vnaquaque horumce morborum species, auxilia, hic certe maiorem habitura efficaciam, quam in exaniā primaria, non alia adhibebis, quam quae in specie praecedenti proposuimus.

3. *Exania a calculo.* A. Vide autores citatos.

Calculosis ob conaminosam mictionem, imo et nonnumquam lithotomiae celebratae tempore, contingit aliquando ani prolapsus, signis calculi praefentiam commonstrantibus, nec non genericis cognoscendus; variat in marginalem et botuliformem; depulso morbo primario, pars prolapsa reducenda, et in loco firmanda, ut iam docuimus.

4. *Exania a dystociâ*. D. Vide auflores citatos.

Adoritur haec species grauidas, quibus longus et difficilis fuit parturitus labor; variat in marginalem et botuliformem. Ex charæctere generico, et praegressâ dystociâ eruiatur specifca diagnosis; valet hic primae speciei curatio.

5. *Exania paralytica* Fel. Plateri Prax. Lib. II. cap. 2: *Dionis, Nenter*, locis citatis. L.

De hac mentionem, iniunctum *Nenterus* et *Dionis*, quos vide. Mire laudat Junckerus in ea specie liquorem florum verbasci in vnguenti consistentiam redactum; curationem lege apud Platerum.

6. *Exania traumatica*; *Nenter* loco citato. B.

Cadit ex praefato auctore in eos, quibus musculi anileuatores in lithotomia diffici sunt; desperata res est, nisi statim a principio exquisitis vulnerariis medela afferatur.

XLVIII. EXOCYSTE, Prolapsus, inuersio vesicae urinariae
Auctorum, Salzmanni Diff. de Hern. Vesicae inter Halteri Disp. chir. fel. T. III; Solingen de mulierum et infant. morb. chir. pag. 741; *Renversement de la vessie urinaire*, Noel Obs. Recherches sur la hernie de la vessie par Verdier, Mém. de l' Acad. R. de Chir. Tom. II. [Sandifort obs. anat. path. Tom. I. pag. 55 sq.]

Est membranae, tum vesicae corpus, tum ipsius collum interne obuetientis procidentia, per meatum vrinarium facta; inter magna vulvae labia conspicientiam sese praebet pars prolapsa, nunc formâ vesicae, rotundae, diaphanae, clausae, lotio plenae cum ischuria; nunc vero formâ botuli oblongi, penduli, inferne aperti, cum dysuria [absentia tumoris in reione pubis, praesentia tumoris in vagina, aucti a maiori vrinâ copia, imminuta ab vrina emissâ, compressione aut catheterismo. Salus a pessario congruo.]

1. *Exocyste Noeliana; Prolapsus, inuersio tunicae interiores vesicae; Renversement de la membrane intérieure du corps de la vessie:* Verdier loc. cit. L.

Obseruat Noel, in virgine, vrinæ retentionem, frequentibus stipitam motibus conuulsuīs, passa, protuberantiam oui gallinacei magnitudine, quæ vesicam referebat tenuem, subdiaphanam, vrinæ fetam, extus clausam, e meatu vrinario erumpentem, a tunica neruea, quæ vesicae corpus interius obducit, inuersa efformatam; breui fato functa est virgo; aperto cadauere inuenti sunt vreretes in suâ ipsorum insertione obstruci, ita diametro aucti, vt colon adulti crassitie aequarent, et vrinam, facta tunicae nerueae a carnoſa separatione, inter utramque fundentes: hinc tunicae nerueae corpus vesicae interius vestientis inuersio, et per vrethram extrusio; an conuenit in ea specie partis prolapsæ apertio, imo et exstirpatione?

2. *Exocyste Solingenia; Colli vesicae vrinariae inuersio Solingen; Salzmann. loc. cit. Renversement de la membrane intérieure du col de la vessie.*

Mulieri, pluries dystocice enixaæ, et verberibus in ventrem infimum a marito exceptæ, accidit, vt, cum abdominis subsidentia, et vrinæ excernendæ difficultate, meatus vrinarius inuersus, digitæ minoris longitudine, propenderet; scilicet tunica, quæ vesicae collo interius obtenditur, inuersa ac per meatum vrinarium elapsa botulum efformabat inter magna vulvae labia conspiciendum, deorsum propendente, et ima sui parte patulum; methodus curatoria, a Solingenio adhibita fuit huiusmodi: praemitto, fotu conueniente, ope specilli corio molliore, atque spongia instruci, nec non liquore adstringente muniti, collum vesicae prolapsum in sedem natuam restituere alaborauit, et ipsum in hocce situ per commodum subligaculum continere, atque firmare, annisq; est; an, si minus proficiant modo dicta, hic etiam exstirpatio locum?

XLIX. HYSTEROPTOSIS, hysteroceles nudæ Pathol. method. edit. 3: Relaxatio, prolapsus, procidentia, inuersio uteri vel vaginae Auctorum, vt Heijeri Inst. Chirurg. Tom. II, Gunzii de Hernies, cet.; Relâchement, châte,

*descente, renversement de la matrice ou du vagin, Arnaud
Tom. I. Chap. 24 cet. Puzos sur les maladies de la ma-
trice, Sabatier Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. III.*

Est vteri, vel vaginae, procidentia, cognoscenda per pro-
tuberantiam in vagina obseruandam, aut extra ipsam propen-
dentem, ab vtero prolapsu, inuerso, vel a vagina inuersa,
prolapsu, efformatam, reductibilem saltem initio, stipatam
doloribus ad renes, et inguina, pondere hypogastrii, incessu
difficili, tenebro, vrinae frequentia aut difficultate; caue, hy-
steroptosis cum vteri vel vaginae polypo confundas.

Inflammari, stranguli, gangraena scere, exulcerari,
adhaerere, et valde intumescere citra inflammationem possunt
hysteroptosis species completae; quorum accidentium diagno-
sin subministrant signa inflammationi, gangraenae, et ulceri
propria, nec non irreducibilitas, quam faciunt nunc inflam-
matio, nunc habenae, partem prolapsam cum vicinis alligantes,
absente inflammatione; nunc tandem, eadem exulante, nec
non adhaerentiis, vteri, vel vaginae moles nimia.

Remedia inflammationis, et exinde natae, strangulatio-
nis sunt venae sectiones iteratae, emollientia formâ variâ ap-
plicata, aut mitioribus resoluentibus maritata, clystres refrig-
erantes, fatus laxantes abdomini applicati, diaeta tenuis, po-
tus refrigerans. Gangraenae remedia vide sub *Sphaceli genere*.
In casu gangraenae refractariae vterum prolapsum, vel inuer-
sum, afficientis, vna supereft, quamvis incerti eventus sit, ex-
stirpatio vteri; vaginam inuersam sphacelosam, sunt, qui ex-
stirpatam velint; sunt, qui nolint. Vide *Sabatier, Levret,*
aliasque.

Adhaerentias sola tollere valet sectio chirurgica. Intu-
mescientiam partis prolapsae nimiam debellare conaberis venae
sectionibus, emollientibus, resoluentium societate actuatis,
longo et assiduo vsu adhibitis, clysmatibus, fomentis, hypo-
gastro impositis, cet. Exulcerationes vteri, vaginae, redu-
ctione factâ, vel sponte, vel injectionum vulneriarum ope-
fanantur.

I. *Hysteroptosis, vteri prolapsus;* vide *Auctores citatos;*
vulgo relaxatio, lapsus vteri; *Relâchement, relaxation, def-*

cente, chiste, précipitation de la matrice. C. [Aetii T. IV. S. 4. c. 65. Forest. c. 1. obs. 20. Schol. B. Silvat. Cap. IV. n. 19. P. G. Bucholz neueste HK. Cap. VIII. n. 1. pag. 147 sq. P. A. Boehler d. de prol. et inv. vteri H. 1745.]

Variat haec species in incompletam (relaxatio vteri) et in completam (lapsus vteri;) variat etiam principiis: caussae remotae frequentissimae sunt grauiditas abnormis, labores grauissimi, diuturni, conatus in ferendis, eleuandis, ponderibus editi, partus difficiles, leucorrhœa, obesitas nimia. Tandem variat quatenus contingit prolapsus nunc citra grauiditatem, nunc vero grauiditatis tempore; scilicet modo ineunte, modo proiecta grauiditate, imo et instante partu.

[Datur et periodica *hypleropiosis*, durante sola grauiditate. Zod. med. Gall. 1681. obs. 2. pag. 52.]

In prolapsu vteri incompleto, citra grauiditatem continente, labitur deorsum uterus, vagina inclusus, protuberantiam fistens inuersa pyriformem, apertura transuersali oblonga in sui extremo perforatam, circa cuius basin moueri potest digitus circulariter aclus. Neque credideris, vteri demissione modo dicta certo indigitari ipsius prolapsum; mulieres enim sunt vtero natue demissiori citra prolapsum, ut sunt altiori, praesente visceris huiusce procidentia: itaque certa est vteri relaxatio, si cum iam dictis, in situ erecto, incessu, aut alui depositione, queratur aegra dolores in femoribus, inguinalibus, tradições ad renes, obscurem molestiae sensum in toto pelvis ambitu, cum aliquali leucorrhœa antea exulante; qui dolores horizontali decubitu sensim euanescunt, ita ut manesse morbo immunem crederet mulier, nisi motus, de die praefliti, hesternos dolores reuocarent.

In prolapsu vteri completo foras conspicitur hocce viscus plus minus extrusum, vaginam et vesicae partem adhaerentem abripiens, subsequentibus a tergo abdominis visceribus nonnullis pendulis; protuberantia est subcylindrica, superne latior, inferne in sui extremo angustior, ibique aperturæ secca transuersali, oblonga, qua statim temporibus catamenia effluunt. Vterum tegit vagina inuersa, aëris contactu colorem cutis induens, et spatium vacuum nullum relinquens, per quod transeat digitus. Interea aegram vexant dolores iam

dictis similes, imo maiores, si subito fiat prolapsus, vrinæ fundendæ difficultas non rara, aut frequens desiderium, nec non tenesimus continuus. A prolapsibus, completo et incompleto, differunt polypi vterini et vaginales, 1º irredùibili-
tate; 2º dolore iterata ad ipsorum reductionem tentamina se-
quente; 3º figuræ, quæ non inuerse, sed directe, pyriformis
est, scilicet superne angustior, inferne latior: his adde, quod in extremitate inferiori transuersim non sint perforati; pro-
lapsus, qui fit grauiditatis tempore, a procidentia completa
extra ingrauidationem obseruabili, distinguitur protuberan-
tiae volumine maiori, figuræ rotundiori, et foetu incluso.

Curari potest radicitus vteri relaxatio, post usurpatæ re-
media generalia, scilicet venæ sectionem et cathartin, iuscum-
lis vulnerario - adstringentibus, opiatis, stomachicis, tonicis,
subcardiacis; decubitu horizontali, clunibus eleuatis, longo
tempore seruato; fasculis adstringentibus aromaticis in vino,
aut in aceto calido, infusis, vulvae applicatis; vaporibus plan-
tarum aromaticarum in vino meraciōri rubro coctarum vaginae
haustis; tandem (si unior adhucdūm sit aegra ac valida) ingraui-
datione, seruato toto grauiditatis decursu, partu tempore, et
primis duobus puerperii mensibus situ horizontali. [ac ani-
mi pathemate subitaneo sanata *hyler.* sponte.] Radicus
tollī nequit completus vteri prolapsus, vnamque tantum ad-
mittit curationem palliatiuam, quæ in eo sita est, ut vterus
reponatur, et in debitâ sede continetur pessarii adminiculo,
quod frequentibus aquae tepidae aquâ vulnerariâ mixtae inie-
ctionibus elotum seruabitur. De varia pessariorum forma,
ac materia vide *Arnauud,* *Sabatier,* aliasque; pessariis vulga-
ribus, si minus vterum repositum contineant, succedat spon-
gia brachericlo elastico sustentata, aut pessum peculiare a *Sureto*
inuentum. In prolapsu per grauiditatis decursum contingente,
tentanda est repositiō, quæ quandoque fatis facile obtinetur,
præsertim si minus prouecta grauiditate, ea statim instituitur,
euacuatis prius vesicâ atque intestino recto, et imperato con-
uenienti situ. Si ob prouectiorem grauiditatē, ac prociden-
tiā non satis recentem, obtineri nequit restitutio, satius est,
vterum foras relinquere, quam matrem, foetumque irritis
vexare tentaminibus: tunc vterus fasciâ conuenienti susten-

tandus, et lecto affigenda mulier, donec solitum grauiditatis terminum attigerit; si partus tempore contingat vteri procidentia, nec foetus exitum naturae committes, nec operationem adhibebis caesaream; ast vterum sustentatum sensim ac fine sensu dilatabis, foetum extrahes, placentam methodo Levretiana separatam educes; tandem vterum, qui sponte contrahitur, restitues.

2. *Hyleroptosis*, *vteri inuersio*; vide autores citatos; *vteri depresso*, *peruercio*, *inuercio*; vulgo *enfoncement*, *perversion*, *renversement de la matrice*.

Variat haec species inuersioni gradu, scilicet 1° inuersione leui (*depresso*); 2° inuersione maiori, ad vsque scilicet orificium vteri inclusiue; 3° inuersione incompletā; 4° completā. Variat etiam principiis proëgumenis; pendet enim vteri inuersio nunc a partu (quod vt frequentius, ita periculo plenius est), nunc a polypo, modo ab immodicā menorrhagiā, aut leucorrhœā, modo ab obesitate, quibus nifus-vehementes editos addit *Puzos*.

Inuersionem vteri, flatim a partu accidentem, siue hanc accersat obstetricatio imperita, siue natuum vteri vitium, cognosces 1° depressione hypogastrii, seu defectu intumescientiae rotundæ, circumscriptae, in hypogastro vulgo post partum obseruabili; 2° exploratione, quā, in casu inuersioni incompleto, perfertur in vagina protuberantia fere semifphaerica, superficie subaequali donata, inferne non perforata, vteri collo, tamquam annulo, cincta, stipata dolore acuto in inguinibus, ac renibus, pondere molesto in hypogastro, haemorrhagiā plus minus vberē, tenesmo, eos conatus inducente, qui vterum magis ac magis praecipitent, ac tandem penitus inuentant. In casu completo depressioni hypogastrii, etiam maiori, adiungitur protuberantia extus conspicienda, irregulariter rotunda, cruenta, laeuis, imperforata, molli suspensa pedunculo, quem annuli ad instar cingit orificium vteri, stipata doloribus viuidioribus, haemorrhagiā vberiori, continuis lipotymis, quas breui excipiunt sudores frigidí, conuulsiones, delirium, mors intra tres quatuorue horas laepissime superveniens.

Inuerzionum vteri, quas faciunt polypus vterinus, metrorrhagia et leucorrhœa immodicæ, atque obesitas, difficultior quidem diagnosis; hæc enim fere semper incompletae, et rariores multo sunt: attamen iisdem fere semper insigniuntur symptomatibus, quae in inuerzione a partu obseruari, diximus. Itaque has varietates, tum vbi completae sunt (quod rarissimum) quando certe de facili cognoscuntur, tum in casu incompleto (quod frequentius), ex causa proëgumenâ hariali utrumque licet. Quamuis maior sit affinitas inuerzionis vteri, quam eiusdem prolapsi, cum polypo vterino, leui tamen attentione ab ipso dignoscitur inuersio qualiscumque; nec rei difficultatem euincunt errores hue usque commissi: etenim in distinguenda a polypo inuerzione vteri incompletâ, fasem praetendant polypi irreducibilitas, indolentia sub primis attackibus obseruari solita, tandem dolor iteratis ad repositionem tentaminibus superueniens: collum vero polypi, quod non cauum, sed solidum est, et a circumpositis solutum ac liberum; vagina et vesicæ vrinariae pars, quæ deorsum non rapiuntur, verum in sede perstant nativa præsente polypo, præcipua sunt, quæ ab eodem inuerzionem incompletam distingueant: de his vide *Levret Obseruations sur les Polypes et Mémoire sur les Polypes de la Matrice et du Vagin Mem. de l'Acad R. de Chirurg. Tom. III.*, et *Sabatier ibidem*.

Inuerzionum vteri duplex est curatio; radicalis altera, altera palliativa. Inuerzionem a partu, quæ fere una curationem radicalem admittit, curabis factâ citissime vteri repositione, quæ facilis est ut plurimum statim a partu; si tamen in ea obtinendâ multum fructu infudaueris, et sub operosiori encheiresi mulier conuellatur, aut animo linquatur, tunc satius est, utrum intra vaginam occultare, hic locidein retinendum pessorum auxilio, quam non impetrandam repositionem persequi: vide *Puzos*, et *Sabatier Obs. XI.*

In inuerzione a polypo, a metrorrhagia, a leucorrhœa, unicum est præsidium in repositione, cum morbi primarii factione. Inuersio ab obesitate nimia unam recipit curationem palliativam; inutilis enim esset reducio vteri, quem affiduo inuerteret pinguedinis incumbentis pondus: sita haec est in pessario, crebris iniectionibus a foribus mundando, quo re-

tardabitur malo progressus: pessò etiam locus tantum est in inuersionibus omnibus in quibus impossibilis, aut frustranea est repositio. Inuersio vteri, quae radicitus curari nequit, durius habet mulieres iuniores menstruatas, quam vetulas, et non menstruatas: priores enim vexant catamenia vberiora, leucorrhœa foetens acrior, excoriationes, dolores intra vaginam nusquam ferendi, nisi iniectiones frequentes, ac congruae leuamen afferent. Posteriores vix aliquando aliud patientur incommodum praeter molestiam inter incedendum.

3. *Hysteroptosis vaginae prolapsus; Colpoptosis Sagar n. LII. vide auctores citatos; vaginae relaxatio, lapsus, inuersio; vulgo relaxation, descente, chute, renversement du virgin. D.*

Variat haec species procidentiae magnitudine: relaxatio, lapsus, inuersio audit, prout minor, vel maior est pars vaginae prolapso; variat etiam principiis. Causae, quibus debetur, multiplices sunt; pondera grauiora gestata, incessio nimia, conaminosa alii depositio, vaginae durior tractatio, calidae abusus, leucorrhœa diuturna, dystocia, decubitus a partu neglectus, cet. Fallo credebat veteres in vaginae et ani procidentia, omnes vaginae et intestini recli tunicas semper prolabi; vna saepissime tunica interior, aut ipsius tantum pars, laxatur, inuertitur, erumpit, ab aliis, quae natuum canticiter locum seruant separata.

Prolapsus vaginae primum fese dat conspicendum sub forma annuli crassi, Gallice Bourlet, irregulariter plicati, intra quem inimisso digito facile perfentitur collum vteri, tunc temporis demissius; crescit protuberantia situ erecto diu protraeo; imminuit longo decubitu; stipatur pondere hypogastrri, tenesmo frequentissimo, et meiendi difficultate, quam facit canalis vræthrae mutata directio; prolapsu senescente, et neglegitis artis auxiliis, crescit, elongatur, indurescit protuberantia infernam adhuc aperturam gerens, quæ suo tempore effluunt catamenia; symptomata tunc obseruanda eadem sunt, ac ea, quibus stipatur vteri procidentia, et aegre admodum ab inuicieni distinguuntur binae hæ hysteroptoseos species in multis simillimae: differunt tamen his paucis signis; vteri prolapsus protuberantium fistulam superne parum duram, extremitate

fua inferiori, quae angustior est ut plurimum, et apertura oblonga transuersali perforatur, os tincae referentem; vaginae prolapsus prouectissimus protuberantiam exhibit ubique aquilater duram, inferne vulgo latiorem, et aperturā instruclam valde irregulari.

Leuior vaginae prolapsus curatur facile reducione, absque labore tunc obtinenda, et partis prolapsae in sede nativa retentione, ope adstringentium, aut pessarii congrui; si inveteratus sit prolapsus, difficultis sit repositio; hanc tamen impetrare poteris, si ea adhibueris, quae ad partem prolapsam, si nimium intumuerit, reducendam facere, supra diximus. In continenda parte labor est plurimus; vulgo manca sunt pessaria communia, quorum in locum necessarium est sufficere bracheria elastica, spongiam sustinentia. Laudat maxime Puzos in vaginae procidentia bracherium, quod academie chirurgicae proposuit *Martinus*.

An in vaginae prolapsu maximo irreductili tentari potest, etiam exulante gangraenā, vaginae extirpatio? Certe cum successu tentata fuit, et tentari quidem posset, nisi vetaret periculum extirpandi, vaginae loco, vteri, aut vaginae et vteri simul. Vide *Astruc de morb. mulier. Tom. IV.*

4. *Hysteroptosis composita*; vide Auctores citatos.
- a) *Procidentia completa vteri, vesicam deorsum abripientis.*
- b) *Inuersio completa vteri, vesicam deorsum abripientis.*
- c) *Prolapsus completus vaginae, vesicam deorsum abripientis; Chute complète, renversement complet de la matrice, ou du vagin, avec déplacement de la vessie urinaire.* C. Peyer Coll. Acad. T. III, pag. 300.

Hanc speciem iam indigitauimus, ubi de prolapsu vteri, ac de huius et vaginae inuerione, completis, egimus: diximus deorsum rapi vesicae virinariae partem adhaerentem. Cognoscitur haec species ex prolapsu et inuersione, iam dictorum praesentia, ex virinae difficultate, retentione, ex ipsius riuo, superiora afflante, dum emittitur; tandem ex mutata in cunctum sensu canalis vrethrae direccione. Curatio intelligi-

tur ex iis, quae in specierum 1st, 2nd, 3rd curatione precepimus.

L. ENTEROCELE.

*Hernia intestini quaelibet, tum simplex, tum composita, tum saccata, tum facio destituta; itaque pertinet
huc *hernia intestini incompleta, sive inguinalis (bubonocele
Auctorum prima, seu enterobubonocele.)**

*Hernia intestinialis completa, quae scrotalis (oschoecelis
Auctorum prima, seu enterooschoecelis), vel labiorum vute
vae.*

Hernia intestini cruralis seu femoralis (merocele Platneri seu enteromerocele.)

*Hernia intestini ovalaris (hernia foraminis ovalis Gar
rengeot Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. I.)*

*Hernia intestini ischiadica Bertrandii Mem. de l' Acad.
R. de Chir. Tom. II.*

Hernia intestini vaginalis Garengeot ibid. Levret.

*Hernia intestini umbilicalis. (Omphalocele prima seu
exomphalus primus Auctorum.)*

*Hernia intestini ventralis, hypogastrocele Auctorum
prima.*

Huc etiam herniae caedem compositae: huc tandem
herniae iam dictae, a peritonaei ruptione pendentes. Vide Dion
nis, Garengeot; Heisteri, Gorteri, Platneri, Chir. Le Dran
Operat. de Chir.; Gunzii libell. de herniis, Arnaud des Hern
nies, T. I. et II; Sharp. Operat. de Chir. et Recherches sur
l'état présent de la Chir.; Mem. de l' Acad. R. de Chir.
Tom. I. et III. Halleri Disput. Chir. Tom. I. cet. Hernies
de l'aïne, incomplète et complète, hernies curales, hernies
du trou ovalaire, hernies de l'échancrure sciatique, hernies
intestinales du vagin, hernies du nombril, hernies ventrales,
enteroceles, épiploenteroceles, ruptures.

Est intestinorum trans annulos inguinales, arcus crura
les, foramina ovalia, emarginaturas ischiadicas, umbilici an
num, vaginae parietes, vel abdominis musculos, elaps
orum ectopia, quam sifit protuberantia ad varia abdominis loca,

modo memorata, obseruanda, flatim saepius parua; sensim crescens, pressione aut commodo corporis situ de facili regrediens saltem initio, situ mutato, aut conatibus editis, rediens, tensa, flexilis, elastica, glabra, aequalis, a concretatione murmur edens, frigore aliquo modo contractilis, calore vero expansilis, mirum in modum saepe increvens, cum duritie sub spiritu retentione aut tussiendi, vel alii deponendae conatiibus, symptomatis tum acutis, tum chronicis, varis, ex compositione, et complicatione, oriundis, stipata.

Debetur enterocèle cauiss omnibus, quae sustentacula laxant, vel claustra interius soluunt, qualia sunt serum exsuperans, oleosa, nifus validi; deorsum directi; iclus externi circa continuū solutionem; vulnera, cicatrix iterum aperta, apostemata, cetera.

Enterocelis species possunt strangulare, abscedere, irrigari, adhaerere, taxim respire ob nimiam ipsarum molem, tandem cum verà aliorum viscerum herniā, aut vulgo sic dicitis herniis spuriis combinari.

Strangulationem dupliem pati potest intestinum herniosum: altera fit ab aperturā, quae exitum permisit; altera a sacco hernioso. Cautē distinguendae sunt binae illae strangulationis species. In primā, cui omnes enterocèles subiacent, protuberantia acute dolet, calet, subrubet, intumescit, tenditur, indurescit, progredi, et regredi nescia: a protuberantiae loco dolor sensim ad umbilicum usque extenditur; superuenient tormina, nauseae, vomitus ciborum primum, dein chylosus, biliosus, a fecoraceo vix abludens, tandem fecoreus: nihil emittit alius, ne fatus quidem, qui per superiora erumpunt cum molestia summā, et imminentis suffocationis specie: (in strangulatione, quam patitur enterocèle ab intestini appendice efformata, aut intestinum herniosum perstriatum, cym peruvia sit tuba intestinalis, fæces, fatus, emittere sane potest alius, licet nihil quandoque emittat): accedit meteorismus, febris: augentur ac densantur symptomata iam dicta, superueniente tandem singultu, ac motibus conuulsu.

Curatur haec strangulationis species situ congruo statim usurpando, venae sectionibus promitis, vberibus, saepius

iteratis; fomentis, cataplasmatibus, sub primo morbi exortu repercutientibus; quibus, nisi promte proficiant, succedant emollientia aut sola, aut resoluentibus maritata; tentaminibus ad repositionem impetrandam variis, blandâ manu per interualla repetitiâ, clysimatibus oleo foeneratis, tandem, si haec irrita fuerint, celotomiâ, de quâ vide *Autores citatos*. Ceterum toto strangulationis tempore, alimenta omnia interdicenda sunt aegro, cui satis sunt paucula potus congrui coqulearia, aut quid simiel ad situm vicumque folandam.

A strangulatione iam dicta differt secunda, quam facit saccus hernialis, in eo, quod 1º in ista hernia reducatur simul, non vero successiue, vt in praecedenti; 2º quod cum partibus contentis vnâ reducatur saccus, qui in praecedenti vltimo loco reponitur, si regrediatur, et quandoque, restitutis etiam partibus contentis, non regreditur; 3º quod repositionis tempore non obmurmuret intestinum, vt sit in praecedenti; 4º quod reductione facta, persistent symptomata, et crescat dolor, seclus ac in praecedenti, nisi per repositionem excitetur volvulus; 5º quod reductione impetratâ, si hernia ad vesicæ latus affideat, frequens meñendi desiderium, et dolor obtusus inducantur; si musculo psoadi, et vasis cruralibus, incumbat, in artu omni supposito exoriatur stupor, quae in praecedenti exulant; 6º quod si facile regrediatur, et exeat, eamdem præse ferat hernia renitentiam, dum exit ac ante, quam reducetur, quod locum non habet in praecedenti; 7º quod immisso methodice digito in aperturam, per quam regressa est hernia, eadem in ipsa persentiantur renitentia, ac dum foras digito explorabatur: neque ad hanc renitentiam accedit ea, quam præse ferunt intestina, et si aëre plenissima; tunc enim cum strangulata non sint, fleñi se patiuntur, et digito cedunt; hic vero globum lusorum (Gallice *ballon*) aëre farctum tangere te crederes. Primarium est in ista strangulationis specie signum hocce vltimum, quod abest in praecedenti. Proprium est strangulationi a facco herniali, quae in enteroceles saccatas cadere tantum potest, quod, dum sit reducio absque celotomia, non intra peritonaci cauum reducatur hernia, sed tantum sub ipso peritonaco, superatâ aperturâ exitum dante, redcondatur. In hac specie præsidio est vna celotomia, sub qua-

tantum datur repositiōi locus. (Vide ea de re *Sharp Recherches crit. et Arnaud Tom. II.*) Symptomata, in intestini perstrictione, et herniae Littrianaē strangulatione obseruabilia trademus modo, dum scilicet de irritationē sermo erit.

Strangulationi, sive ab apertura, quae exitū dedit, sive a facio hernioso inductae, nisi obuiam eant repositiō, aut celotomia prompta, corruptitur hernia, succendentibus apostemate, gangraena. Signa apostematis non alia hic loci sunt, quam quae supra propoſita fuerunt sub apostemate. Signa gangraenae sunt pulsus parvus, concentratus, intermittens, vomitus absque conatu, fratus quandoque per anum emitti, abdominis depresso, extremorum frigus; cetera: cessant tormenta, vomitus, singultus: protuberantia fit complanata, molles, impressionis digito factae tenax, liuida, indolens. Curationem tibi dabunt *Arnaud, Sharp, Garengeot, Heisterus*, (Vide *Halleri Disput. Chir. Tom. III. Diff. 70.*) *de la Peyronie*, atque *Louis Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. I. et III.*

Strangulationem mentitur irritatio, quae ut aliis cauſis, sic adhaerentiis quandoque natales debens, in omnibus enteroceleſ speciebus locum habere potest. Irritationis signa sunt: protuberantiae dolor, colica, recursibus remotoribus affligens, aliud difficultas, ast libera, vomitus, etiam sternoreus, nec non singultus, minus tamen frequentes, quam in strangulationis casu; tandem febris, quae non aquae cito herniae irritatae ac strangulatae superuenit: quae quidem symptomata, et si mitigiora sint, dum viget irritatio, quam dum strangulatio, pessimū tamen ominis essent, nisi periculi metum contemperaret tuba intestinalis, flatibus ac fecibus peruvia; fatemur, peruviam pariter esse tubam intestinalē in strangulatione partiali, quam intestini perstrictionem vocamus (Gallice *pincement de l'intestin*), nec non in hernia Littriana, sive appendiculari, licet probe incarcerateda sit: ast inter intestini perstrictionem, et irritationem exinde petitur differenția, quod in perstrictione protuberantia vix doleat, nec vlla adiut̄a tormenta, vel tantum dolores colici, obscuri, fugaces, et interuersus maxime diffitit recurrentes. Superueniens herniae Littrianaē strangulatio difficultius ab irritationē distinguitur; strangulationis huiusce signa sunt, praeceunte *Littre*, singultus nullus, aut rarissimus, vo-

mitus pariter nullus, aut multo minor, quam in herniis vulgaribus incarceratis, qui nusquam etiam est stercoreus, nullus abdominis meteorismus, nulla tensio, nec intumescens flatuosa, protuberantiae, tardius efformatae, moles minor, inflammationis, doloris, febris, aliorumque symptomatum, remissior gradus, et senior exortus, tandem aliud toto strangulationis tempore libera, ac fecibus, flatibusque peruria. Strangulationem hancce, si non satis ab irritatione disternant modo dicta, certe distinguit operatio chirurgica, quando alia auxilia mitiora frustra adhibita fuerunt necessario instituenda, quae nimurum appendicem oculis subiicit.

Irritationis, quam vera strangulatio excipit, nisi male occurrit, remedia sunt venae sectiones, clysmata emollientia, oleo onusta, somenta, cataplasmata ex emollientibus anodynis, et resolutiuis mitioribus, protuberantiae, et abdomini, applicanda, oleum amygdalarum dulcium, coquacatum ore assumendum, narcotica, antispasmodica, diaeta tenuissima, potus diluens, laxans, temperans: quae plus, minus, repetita, si irrita euadant, ad operationem chirurgicam tandem deveuentum. (Vide Arnaud des Hernies Tom. II. part. 2.)

Adhaerentiae obnoxiae sunt enterocelis species omnes; de illis legatur Arnaud l. m. c., qui eas in *agglutinatuas, fibrosas, carnosas, et fungosas*, dispescit. Cum adhaerentia nunc vigeat, nunc exulat strangulatio; strangulatione absente, modo partes emotae in abdomen regrediuntur licet adhaerentes; modo non regredi possunt, et foras remanent; in i^o casu, ubi scilicet regreduntur partes emotae, si intestinum fibimet ipsi adhaereat, queritur aeger leuem colicam, a colica vulgari, aegre tamen, distinguendam, quatenus remediis, vulgari colicam appropriatis, non cedit; diaeta sobria ac regulari levatur aeger; pessimum vero remedium vsu: quod huius colicarum, a vulgari colica caute distinguenda, necessitatem adstruit. Si omnia adhaereat intestinum, aegrum male habent colica post cibum assumtum, et tractiones stomachi, augegentes digestionem progrediente, et cessantes haec penitus peracta; si facio herniali adhaereat intestinum, non queritur solum aeger de leui colica; verum etiam de formicationis sensu, herniam occupante, quae symptomata ipsum potius afficiunt post

ibum vberius assumtum, quam ieuno stomacho, aut sobrie pasto; in 2° casu, vbi scilicet partes emotae non regrediuntur, hae, praeter symptomata iam dicta omnia, foras remanent irreductibiles, mollitie tamen, ac flexilitate, gaudentes; et ad aperturae exitum dantis ostium colligi possunt, si sacco adhaerant, adhaerentiis experto: si vero cum circumpositis adhaerat foccus, hae non ita facile colliguntur, et sub restitutio- nis frustaneae tentaminibus sequuntur interim partes herniae annexae. Auxilia varia, in diuersis adhaerentiarum speciebus ac caſibus vſurpanda, deprime ex Arnaud Tom. II. part. 2.

Absentibus strangulatione, imo et adhaerentiis, prae mole nimia repositionem respire possunt enteroceles, vastius tu- mentes; tunc liberata prius a flatibus, et fecibus, tubae intefinalis parte herniosâ, valet demum, si opus sit, ea medicina, quâ vterum prolapsum, eadem de cauſa irreductibilem, ad repositionem perduci docimur; ceterum eo in casu non continua, sed interpolata, adhibenda est taxis. Vide Günzium de hern.

Combinari possunt enterocelis species cum epipocele, cystocele, hydrocele, sartocele, parorchidio (Vide *Enteroceles compositas*). Vasti huiusc generis species sub familia tripli coordinamus: 1^a complectitur enteroceles simplices faccatas; 2^a enteroceles compositas faccatas; 3^a tandem enteroceles infaccatas, seu sacco herniosâ destitutas.

A. Enteroceles simplices faccatas.

I. *Enterocele incompleta seu inguinalis; Bubonocele intesti- nalis, seu vulgaris Auditorum, supra citatorum; Enterobubono- cele eorumdem; hernie intestinale de l'aine, bubonocele vulgaire, ou intestinal, enterobubonocele. A.*

Nunc solitaria est, nunc geminata; annularis est sim- plex, et faccata; protuberantium fatis exigua fistit, ut pluri- num regredientem, (obstant regressui strangulatio, adha- rentiae) fere semifphaericam, ultra inguen non extensam, ac- cidentibus chronicis raro, acutis vero, ut strangulationi, fae- pissime obnoxiam, nisi ars suppetias ferat. Caeue, hanc con- fundas cum bubone (circa quod vide Platneri institutiones chi-

rurgicas) eum testiculo ad annulum morante (vide *Dionis Oper. de Chir. et Quelmalzium Disput. Anat. Haller. Tom. V.*), cum intumescientia ligamenti rotundi, in grauidis uterum obliquum gerentibus, nonnumquam obseruanda.

Duo sunt, quae curam herniarum absoluunt; alterum, vt partes herniosae ad nativas suas sedes propellantur, alterum, vt in iis retineantur. Haec praestant taxis, decubitus horizontalis protractus, bracherium, adstringentia, roborantia exsiccantia extus applicata, et intus usurpata, pellentia per aluum, vrinas, sudores, attenuantia, resoluentia, aperientia, viques, et potus exsiccans, incidens, adstringens, roborans; quae auxilia pro caussarum diuersitate varianda, vt methodice procedat curatio. Vide *Arnaud et Glinzium de hern.*

Obsoleuerunt castratio, punctum aureum, cauterisatio, futura regia: his successit facci herniosi ligatura a *Senfio* cum successu celebrata. (Vide *Sharp Recherch. crit. et Glinzii libellum de herniis*). Notabis, praestare utique in multis aegris, ea potius adhibere, quae herniarum augmentum impedit queunt, quam ipsas tollere.

2. *Enterocèle completa; oscheocele intestinalis seu Enteroscheocele Auditorum; enterocèle labiorum vuluae eorumdem; Enterocèle ou hernie intestinale complète; oscheocèle intestinal ou Enteroschœcèle, enterocèle des grandes lèvres. D.*

Nunc solitaria est, nunc geminata; simplex est, faccata et ex annulis, inferiora versus, multum extensa. Praecessit enterocèle incompleta; artificiosi subligaculi neglectum pro causa agnoscit. Protuberantia maior est, quam in praecedenti, gradarie crescens ita, vt tandem portentosa fiat, ex subrotunda plus, minus, longa evadens, scrotum in viris, magna vulvae labia, imo et his suppositam femoris partem in feminis occupans, ut plurimum adhaerens, ac proinde raro regrediens (regrediebatur initio), strangulationi raro obnoxia; quae si contingat periculofissima; accidentibus vero chronicis, ut dyspepsia, flatulentia, colica, tractionibus viscerum abdominalium dolorificis, nausea, lipothymia, lassitudine, saepe stipata.

Curatio intelligitur ex praecedenti specie. In casu irrefutabilitatis, nulla arte tollendae, brachetio fassiformi, suspensorio vulgo dicto, locus tantum est. Si possibilis sit repositio, et valius tumeat haec species, memineris, iuxta *Günzii* praecipuum, taxim non continuo, sed partitis vicibus, instituere. Forte in unam speciem melius coirent enterocele 1^a et 2^a; nullum enim essentiale discrimen inter se fouent.

3. *Enterocèle appendicularis*; *Hernia ab ilei diverticulo* *Morgagni* Adv. Anat. III. pag. 8. 9; *hernie particuliére, hernie formée par l'appendice de l'ileon*, *Littre Mem. de l'Acad. Royal. des Scienç. an. 1700*. *Hernie formée par l'appendice de l'intestin*; *Enterocèle appendiculare*. L.

Incompleta statim, temporis successu completa fieri potest; simplex est, faccata, ex annulo alteratro in scrotum tandem delabens; in casu Littriano siebat ab intestini ilei appendice facilitia, producto scilicet huius intestini latere, mesenterio opposito, in canalem inferne clausum, qui per annulum delapsus, in scrotum sensim prouolutus fuerat. Hanc enteroceilis speciem stabilitud potius, quam descriptit, laudatus auctor: neque ex *Morgagnio*, *Ruysschio*, *Palfino*, qui ipsam memorant, huius diagnosi lux maior affunditur. Itaque difficilis est huius a praecedentibus distinctione: adesse tamen suspicari utcumque licet, ex probaberantiae exiguitate, gracilitate, tardiori incremento, ex parietum partis, facco hernioso inclusae, tenuitate summa, ex annuli, exitum dantis, strictura, robore, ex necessitate pressionis ab inferioribus ad superiora in appendicem, materiebus feculentis turgentem, leniter exercendae, ut scilicet in intestinum exoneretur; ex appendix praefertim extremae figura singulari; tandem ex rariori, dum reponitur, obmurmuratione. E specieram praecedentium curatione eruenda est huius speciei therapia. Si incarcereatur haec hernia, signa habet peculiaria superius recensita, quibus ab enteroceilibus aliis strangulatis discrepat. Vide apud *Littrum*, quid sub hac strangulationis circumstantia agendum sit pro casuum diueritate.

4. *Enterocèle partialis, sive perististoria*; *Hernia ab altero intestini pariete* *Heister*. Chir. Tom. II. cap. 116; *Pincement de*

l'intestin., Arnaud des hern. Garengot Oper. de Chir. des hern. Art. V. obs. XXI. L.

Per nativas abdominis aperturas elabitur intestinum, quandoque non integrum, sed ab uno tantum ipsius latere. Observatione constat, hanc intestini perstrictionem ab annulo inguinali, umbilicali factam fuisse. Posse in aliis abdominis aperturis, imo et in locis, vbi abdomen aperturis non hiat, integro vel diuiso peritonaeo, perstringi intestinum nemo est quin videat, et forte prostant ea de re historiae, in quas non incidimus; huiusce speciei diagnosin sufficientem nullam noscimus; inter hanc, et enterocleem appendicularem summa est affinitas, certis saltet morbi temporibus; imo haec in appendicularem de facili mutari potest. Ex Arnaud retulimus signa intestini perstrieti, cui superuenit strangulatio. Sub hac circumstantia saepius pro epiplocele incarcerata venditata fuit haec species, celotomiâ errorem commonstrante. Quoad curationem vide auxilia supra proposita.

5. *Enterocoel cruralis;* *Hernia intestini cruralis seu enterocoel Auctorum,* ut Kochii, Halleri Disput. Chir. Tom. III. dissert. 71. cet., *merocoel intestinalis Platneri* Inst. Chirurg. §. 848; *Hernie crurale de l'intestin Arnaud* cet. *Merocoel intestinalis, Enterocoel.* D.

Solitaria est plurimum, rarissime geminata, simplex, faccata, ab intestino, infra ligamentum Poupartii clapo, pendens, puerperis frequentior, quam viris, ac puellis, pro bubone ven-dibilis, ab eo tamen de facili distinguenda. (Vide Platnerum §. 123.) Protuberantiam exhibet vulgo exiguum (ouum gallinaceum vix excedit, cum maxima est) bubonoceli fere similem, nisi quod bubonocelis propriis a pudendis sit, et in inguine paulo inferiori; merocele vero in parte inguinis superiori a pudendis remotiori, et fere supra femur promineat; a flexione tibiae magis dolentem, adhaerentis valde obnoxiam. Quoad curationem conuenit cum enterocele primâ.

6. *Enterocele ovalaris, la Chausse* dissert. de hernia ventrali inter Haller. Disput. Chir. Tom. III. *Hernia intestinalis foraminis ovalis Günzii;* *hernie intestinale du trou ovalaire des os pubis* Garengot Mém. de l' Acad. de Chirurg. Tom. I. *Hernie du trou ovale* Sharp Recherch. Critiq. *Enterocele du trou ovale.* D.

Hanc speciem, certe raram, negarunt plurimi; obseruatis vero tum suis, tum et alienis, adstruxit Garengot Mem. de l' Acad. de Chir.; saepius solitaria est, geminata aliquando, feminis, quam viris, frequentior, simplex, saccata, ab intestino efformata per foramen ouale elapsa, eo scilicet foraminis huiusc spatiolo neruorum, ac sanguiductuum transitui dictato, et ad marginem superiorem posito, quod sub nomine sinuositatis ischii venire solet; protuberantia, quae, cum non satis prouecta est enterocele huiusc modi, nulla in cute deprehenditur, nunc rotunda est, nunc oblonga, sedem habet in superiori, et interna femoris parte prope perinaeum in viris, prope alterum ex magnis vuluae labiis in sequiori sexu, eo scilicet loco qui foraminis ouali, seu musculo obturatori externo respondet inter musculum pectinaeum, et primum tricipitis caput.

Curationem erue ex iis, quae in specie prima diximus.

7. *Enterocèle ischiadica Bertrandi* Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. II. Rech. sur les hernies de la vessie par Verdier; *Hernie intestinale de l'échancreure sciatique*. D.

Vidit Bertrandi in latere dextro herniam ab intestini ilei parte subligamentis sacrosciadicis elapsa, et per alteram ex emarginaturis ischiadicis erumpente faclam. Pro ea curanda fatus sunt auxilia, in prima specie memorata.

8. *Enterocèle vaginalis*; *Hernia in vagina seminarum eveniens Günzii*, lib. de hern. *Hernie intestinale dans le vagin* Garengot. Mem. de l' Acad. R. de Chirurg. Tom. I. *Enterocèle vaginalis Levret* obs. sur les polyp. sect. 2. L.

Haec species simplex est, saccata, ab intestino, parietes vaginae partu multiplici labefactatos, laxatos, intidente, efformata. Protuberantia albida, molliacula, charactere enterocelis generico insignita, vaginam primum occupat, et dein magna vuluae labia supereminet, prouoluto vterius intestino. Curauit hanc speciem Garengot repositione, et pessarii, quod a similitudine cum dolii operculo nomen habet, adminiculo; Haenelius vero ope spongiae, ex aqua leviter aluminosa expressae, quam digitis, per quos restituta fuerat hernia, compres- san immittebat; frustranea sunt, imo et noxia pessaria vulgaria.

9. *Enterocèle umbilicalis; Enteromphalus Auctorum; Omphalocele, sive exomphalus intestinalis eorumdem, vt Teichmeyeri, inter Disput. Chir. Haller. Tom. III. differt. 67. cet., Várium umbilici Günzii; Hernie intestinale du nombril Arnaud Tom. I. Enteromphale. D.*

Simplex est, faccata, ab intestino, per vmbilici annulum, aut proxime ad ipsius ambitum elapsa, efformata, epiplo-enteromphalo rarer; adoritur fere tantum pueros nuper natos; protuberantia, quae magnitudine variat, notis, in charactere generico allegatis, insignitar; male negat Dionis, vmbilicum numquam prominere, nisi ruptum; prominere etiam ex intestino, aut omento, aut ex vtroque, in saccum peritonaei prouoluto, testantur obseruata fide dignissima. Curationem nunc palliatiuam tantum, nunc etiam radicalem admittit enteromphalus. Vide speciem enterocelis primam.

10. *Enterocèle ventralis; hernia intestini ventralis Auctorum; hernia ventris intestinalis Günzii, Platneri; hypogastrócele intestinalis la Chausse inter Halleri Disp. Chir. Tom. III. Diff. 68; hernie ventrale de l'intestin Arnaud, hypogastrócele intestinal. D.*

Variat sede haec species; et quamvis ad superficiem abdominis omnem, vbi aperturis non hiat nativis, extuberare possit, attamen vtplurimum loca aponeurotica potius, quam musculosa, intestino intenta, tumescunt; itaque vulgarior sedes est in linea alba, vel semilunari, vel supra annulos, arcusque crurales. Simplex est haec enterocèle, faccata, ab intestino, laxatas aponeuroseon fibras, et peritonaeum in finum agente, vel eundem peritonaei saccum trans diductos muscularum fasciculos cogente, efformata. Protruberantia incertam habet mollem, et charactisticas generis notas praefert. Causa, ne pro omphalocelis, aut bubonocelis speciebus venditae eas intestini hernias, quae ad vmbilici, aut annulorum vicinias, exoritureae, vere ventrales habendae sunt: imo datur hypogastrocelis species genuina, a relaxatione aponeuroseos obliqui externi enata, quae non inguen solum, eleuat, verum etiam in scrotum descendit; (vide Günzium et la Chausse.), Causa nete fallat, ea ventris hernia, quae, *Le Drap* annotante (*Oper. de Chirurg.* pag. 145.), vulnus fibratum muscularum rectorum

minus bene coalitum sequitur, nullà protuberantiâ extus vifili stipata. Curationem palliativam commodius recipit, quam radicalem enterocele ventralis, attamen et radicus curari potest; (vide *Enterocelen primam.*). Hypogastrocelen in pueris evanuisse, non semel vidit *Glinzii*, perfricata ad ignem cum adipi taxonino bis terue in die protuberantiâ, imo, quando recidiuam fecit hernia, perfricato toto abdome, quod vim paucum esse videtur, et iniecta insuper ipsi, potissimum inferius, fasciâ latâ ex molli, sed firma, materie paratâ.

B. Enterocèles saccatae compositæ.

II. *Enterocoèle epiploico-incompleta; Epiploenterocoèle inguinalis*, seu incompleta Auctorum, vt *Glinzii* inter *Halleri* Disput. Chir. Tom. III. cet.; *bubunocele epiploico-enterica* eorumdem; *hernie intestinale & épiploïque de l'aine*, *Arnaud*; *bubonocèle épiploico-intestinal*, *épiploenterocèle incomplet*. D.

Est species enterocelis prima, cui loca est epipocoèle; itaque ex epiplocelis 1^{ae} (vide *infra*) et enterocelis 1^{ae} signis, atque curatione, eruenda ipsius diagnosi, ac therapeia. Notandum est, in epiploenterocoèle omni saepe regredi intestinali, omento partim, vel penitus, irreductio manente.

12. *Enterocoèle epiploico-completa; epiploenterocoèle completa* Auctorum, vt *Glinzii* loco modo citato, cet.: *oscheocèle epiploico-enterica* eorumdem; *enterocoèle labiorum vulnus epiploica* eorumdem; *hernie intestinale & épiploïque complete Arnaud*, cet.; *oscheocèle épiploico-intestinal*; *enterocoèle épiploïque des grandes lèvres; épiploenterocèle complet*. D.

Est enterocelis 2^a species cum epipocoèle 2^a combinata; notis ergo binae huiusc herniae agnoscenda, et ex adhibenda in utraque medendi methodo curanda.

13. *Enterocoèle cystocelica; cysto-enterocoèle Auctorum; hernia cystico-enterica*, seu *enterocoèle cystocelis* inducens eorumdem; *hernie intestinale compliquée de cystocèle Sharp Recherch. Critiq. Verdier de la hernie de la vessie viria. Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. II.*; *cysto-enterocoèle*.

Est enterocelis completae ac saccatae species, quae sibi cystocelis, seu herniam cysticam, adsciscit, sacco hernioso

inter descendendum sensim trahente partem peritonaei, quā postice vesica tegitur, atque ita ipsammet vesicam, easque in annulum abriente, sub certis circumstantiis: signa praefert, quibus enterocele completa, ac cystocele, cognoscendas se praebent. Ex bina hacce hernia mutuanda est curatio; potest omentum huic speciei mixtum esse; tunc ex trium horum-
ce viscerum hernia exsurgit enterocele epiploico-cystica.

14. *Enterocele parorchidialis; parorchido-enterocele, sive hernia parorchido-enterica Auctorum; hernie intestinale compliquée de déplacement de testicule, Mery chez Garengeot T. I. Obs. XVIII; parorchido-enterocele.*

Est enterocelis inguinalis species, cui mixtum est parorchidium. In casu *Meryano*, aperto sacco hernioso, testiculus cum intestinis confusus, et in annulo positus inuentus est, sive a seniori descensu, sive a retractione id loci occuparet; speciei huiusc diagnosis, et therapeia ex combinatis enteroceilis, et parorchidii charactere, et curatione, desumenda.

15. *Enterocele hydrocelica; hydroenterocele Auctorum, vt Heisteri, cet.; hernia hydrocelico-enterica corundem; hernie intestinale compliquée d'hydrocele; hydroenterocele.*

Est enterocelis species, cui mixta est hydrocele: combinantur ergo signa herniam intestinalem, et aquosam, indigitationem. Curationem erue ex iis, quae supra diximus, dum de therapeia hydrocelis et enterocelis egimus.

16. *Enterocele epiploico-cruralis; epiplo-enterocele cruralis Auctorum, vt Mauchartii Disp. Haller. Chir. Tom. III. Dissert. 66, cet.: hernia cruralis, seu merocele epiploico-enterica; hernie crurale de l'intestin & de l'épipoon Arnaud, cet.: merocele epiploico-intestinal; epiplo-enterocele crural.*

Est enterocele cruralis, seu entero-merocele, quae conmitem habet epiploecolum; cognoscitur ex combinatis herniarum intestini, et omenti femoralium signis; et huius curationem subministrat auxiliorum, utriusque dicatorum, connubium.

17. *Enterocele epiploico-ovalaris; epiploenterocele ovalaris Auctorum; hernia epiploico-enterica foraminis ovalis eorumdem; hernie epiploico-intestinal par le trou ovalaire, Malaval.*

chez Garengeot, Mémoires de l' Acad. de Chir. Tom. I. pag. 714; *epiplo-enterocèle du trou ovale*. D.

Hanc speciem intestinum, et omentum per foramen omnia alterum, vel utrumque, prouoluta faciunt; adfuit igitur enterocelis et epiplocelis signa. Circa curationem ex binâ haec herniâ hauriendam legatur *Garengeotus loco citato*.

18. *Enterocèle epiploico-ischiadica; epiplo-enterocèle ischiadica*, seu *hernia omenti et intestini ischiadica* Verdier Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. II; *hernia dorsalis Papen Epist. ad Haller*, inter eius Disp. Chir. Tom. III; *hernie épiploico-intestinale par l'échantrure sciatique; epiploenterocèle dorsat*. D.

Hanc speciem obseruabat Papen in virgine rustica, yafissime tumentem: protuberantia ab ano ad furas propendebat; per emarginaturam ischiadicam elapsa fuerant pars omenti, ieiunum et ileon, cum annexo mesenterio, caecum, colon inferius et pars recti; (vide *locum citatum*.) Nihil est, quod addam de *epiplo-enterocelis dorsalis curatione tum palliatiuâ, tum radicali, quotiescumque huic posteriori locus est, quae ex iam dictis, et modo dicendis, satis intelligitur*.

19. *Enterocèle epiploico-vaginalis; epiplo-enterocèle vaginalis* Auctorum; *hernia epiploico-enterica, in vagina eueniens eorumdem; hernie épiploico-intestinale par le vagin*; *epiplo-enterocèle vaginal Levret*, Obs. sur es polyp.

Est enterocele vaginalis cum epiplocele mixta: ex bina hac hernia speciei istius signa, et curatoriam methodum habeto.

20. *Enterocèle epiploico-umbilicalis; epiplo-enteromphalitis* Auctorum; *hernia intestini et omenti umbilicalis Günzii, Arnaud, Teichmeyeri; hernie épiploico-intestinale du nombril; épiplo-enteromphale*. D.

Vulgatior est simplici composita haec omphalocele. Enteromphalo faccato si omentum addas, exsurget species haec signis enterocelis et epiplocelis mixtis dignoscenda, et mutatis ex utriusque huiusce herniae curatione auxiliis adorienda; obseruatur in infantibus, grauidis, asciticis.

21. *Enterocèle epiploico-ventralis; hypogastrócele epiploico-enterica* Ign. la Chanisse; *hernia intestini et omenti ventralis*

Aucterum, ut Platneri, Günxii, cet.; hernia ventrale de l'intestin & de l'epiploon Arnaud; hernie de l'intestin & de l'epiploon sur-ombilicale, sous-ombilicale, ventrale Garengeot, Mém. de l'Acad. de Chirurg. Tom. I; hypogastricole epiploico-intestinal. D.

Variat loco haec species, quae nunc in linea alba supra, et infra, umbilicum, nunc latera abdominis, tenet; sequitur ascitem, grauiditatem, vomitum vehementem; fit ex hypogastricole intestinali cum epiplocele combinata. Signa habet enteroceis et epiploccis, saccatarum; unde magnitudinem visa est non semel excrescere epiplo-enterocele huiusmodi.

C. Enteroceles insaccatae, seu sacco hernioso desitutae,
Gallice ruptures.

Obseru. Peritonaei ruptionem adesse, colligitur 1° ex causa, herniam inducente, si scilicet ea natales debeat vi cuidam magnae, aut affectibus dialyticis praegressis; vim magnam patitur peritonacum in grandi saltu, lapsu grauiori, ieu valido, conatu ingenti edito, cet.: affectus dialytici sunt vulnera tum accidentalia, tum et chirurgica penetrantia, apostemata, cicatrix iterum aperta; 2° ex subita eruptione herniae; 3° ex dolore viuido primo quo fit hernia tempore; (notabis subitaneam eruptionem, dolorem viuidum, et vim magnam praegressam, indicare ut plurimum, peritonaeum ruptum esse, nequaquam vero ita certo, vt sub his circumstantiis vna peritonaei dilatatio nusquam locum habeat); 4° ex sacci herniosi defectu: deficit saccus, si minus velatae, palpo iudice, videantur partes herniosae, quam vulgo esse solent; et si reposita statim hernia, nulla, dum restituatur, aut cum restituta est, apparent sacci vestigia, qui vel ultimo loco regredi solet, vel plane non regreditur post reducas partes herniosas; 5° ex taxeos, statim ab hernia facta tentatae, difficultate, impossibilitate; 6° ex strangulatione, citissime superueniente; 7° ex apostemate semper ex Garengeot peritonaci rupturam sequente; 8° tandem ex celotomia: haec vna certo, penetrantia vulnera, sectiones chirurgicae, apostemata, cicatrix denuo aperta verisimilime, reliqua modo memorata coniecturaliter peritonaci rupturam, et sacci herniosi defectum, declarant.

22. *Enterocèle bubonixis; hernia inguinalis rupto peritonaeo Auctorum; rupture de l'aine intestinale, ou épiploico-intestinale.* D.

Variat in incompletam et completam: sit ab intestino, vel solo, vel cum omento trans annulos, facta in peritonaeo solutione, elapsa, et in inguina, vel scrotum descendente. Cognoscitur haec species charactere generico, signis rupti peritonaei, et sede anatomica. Curatio intelligitur ex specie enterocelis prima, si restitutio obtineri queat; ast cum repositionis summa sit difficultas, imo et impossibilitas, strangulatione confessim superueniente, peritā manu adhibenda est celotomia, cuius ope sublatā strangulatione, et separatis, si necesse sit ac congruum, adhaerentius, repositio obtinetur, cet. Vide Garengeot, *Oper. de Chir. Tom. I. obs. 14 et 24.*

23. *Enterocèle merorixis; hernia cruralis rupto peritonaeo Auctorum; rupture crurale, intestinale, ou épiploico-intestinale.* D.

Fit ab intestino, vel intestino et omento, per peritonaei dialysin, sub ligamento Poupartii prouolutis. Huius diagnosis eruitur ex charactere generico, signis peritonaei rupti, et sede anatomica. Vide curationem speciei praecedentis.

24. *Enterocèle omphalorixis; hernia umbilicalis, sive omphalocele rupto peritonaeo Auctorum; enteromphalus, et epiplo-enteromphalus Dionis; rupture du nombril intestinale, ou épiploico-intestinale.*

Variat in intestinalem et epiploico-entericam; quotiescumque hernia fit in ipso vmbilici annulo, saepissime rumpitur, raro dilatatur peritonaeum: probant recentiorum obseruata. Itaque ut minus bene in herniis vmbilicalibus vnamruptionem admittit Dionis, ita et alii perperam hanc reiiciunt, peritonaei dilatationem semper hic loci adesse existimantes; (vide Heijerum et Gürzium). Speciei huiusce, quae intestinalis, aut epiploico-enterica est, diagnosin habeto ex charactere generico, signis peritonaei rupti, et sede anatomica, quae scilicet vmbilici annulus, vel ambitus ipsius proximus est. Omphalocelen aperto per punctionem, lanceolata faciam, hydrocephalo in homine, ascite laborante successisse, vidit Warnerus, obs. 22. Curatio intelligitur ex modo dictis.

R.

25. *Enterocèle hypogastrorixis; hernia ventralis rupto peritonaco Auctorum; rupture ventrale, intestinale, ou épiploico-intestinale.* D.

Variat sede haec species; nulla enim est abdominis pars, aperturis carens, quin occupare possit; debetur autem peritonaei solutioni, quam vulgo excitant abdomen penetrantia vulnera, tum accidentalia, tum arte facta, apostemata, cicatrices denuo apertae; solutum semel peritonaeum nusquam, vel fere nusquam, coire multiplici constat obseruatione: hinc fit, ut trans dialyseos praegressae hiulca labia viam sibi inueniat intestinum, aut solum, aut omento stipatum. Character specificus desumitur ex notis genericis, peritonaei rupti signis, et sede anatomica; quoad curationem nihil est, quod iis addamus quae iam protulimus.

LI. EPIPOCELE; *hernia omenti simplex, composita, faccata, faccio hernioso carens;*

itaque pertinet *huc hernia omenti incompleta, seu inguinalis, (bubonocele Auctorum altera, siue epiplobubonocele);*

completa, quae vel scrotalis (oschocele Auctorum altera, seu epiplooschocele), vel labiorum vuluae; cruralis seu femoralis, (merocele Auctorum altera, seu epiplomerocele);

vaginalis, (hernia omenti intra vaginam);

umbilicalis, (epiplomphalus Auctorum, omphalocele, seu exomphalus alter eorumdem);

ventralis, (hypogastrócele Auctorum altera);

huc etiam herniae omenti compositae; huc tandem herniae iam dictae rupto peritonaco: vide Auctores sub enterocelis genere citatos. Hernies inguinales, compllettes et incomplettes, crurales, umbilicales, ventrales, vaginales de l'épiploon; Epiplocèles, Entero-épiplocèles; Ruptures.

Est omenti per annulos inguinales, arcus crurales, in umbili annulo, trans vaginae parietes, vel abdominis musculos elapsi, eclopia herniosa; quam cognoscet protuberantia

ad varias abdominis sedes modo dictas obseruabili, lente faepius exoriente, ne aegro quidem animaduertente, tardius crescente, sponte per solum situm congruum numquam, per pressionem sub congrua corporis positura factam, etiam initio, non penitus regrediente, nisi exigua sit, difficile aut partim tantum, si maior, conatibus, sub mutato corporis situ editis, ad pristinum statum reuocabili; aegre, cum regressa est, continenda, molli, inaequali, rugosâ, membranas crassas sub digitis volubiles ad tactum referente, impressionis digito factae tenaci, subcomplanata, a pressione, contractatione, restitutione non obmurmurante; a spiritu retento, et sub alii deponendae conatibus non multum intumescente; dolorem, renitentiam, molestiam, quam enterocele, minores praefere; decubatum corpore extenso, incessum trunco erecto difficilem, anxiosum, impossibilem ita saepe inducente, ut ad solandos doles colicos, ad effugiendas trahentes molestas, singultum, vomitum, corpore incurvato incedere, ac iacere non raro cogatura eger, epiplocele completae prae primis laborans; tandem symptomatibus tum acutis, tum chronicis variis, ex compositione et complicatione ortum ducentibus, stipata.

Causas easdem agnoscit epiplocele, quas enterocele; quibus adde pinguedinem omenti nimiam, et ipsius ad superiora ruptionem, cuius exemplum habet *Fantonius*.

Epiplocelis species possunt strangulari, abscedere, sphaceliari, adhaerere, taxim respuere, et cum herniis aliis combinari; strangulatio huc, ut in enterocele, et ab apertura exitum dante, et a facco hernioso profici potest; signa vtriusque huiusc strangulationis eadem fere sunt, ac quae in gemina intestini strangulatione proposuimus. Monemus tamen minus intensa, ac urgentia in epiplocelis, quam in enterocelis strangulationibus, symptomata esse: hac praecipue notâ inter se differant enterocelis (si appendicularem et perstrictoriam excipias, in quibus haec etiam reperitur), et epiplocelis strangulations, quod in illis non descendat alius, et si emollita; in his vero vel sponte, vel saltene sollicitata, respondeat. Obseruata fuerunt epiplocelis strangulatae exempla, in quibus venter supprimebatur, quae et explicatu difficulta admodum, et a periodis ceteroquin viris pro enterocelis strangulatae speciebus false

fuerant venditata (vide *Günzium de omenti herniā*); in his ultimis casibus aegre quidem obtinetur partis herniosae notitia; hanc tamen subministrare possunt cognitum herniae genus, si eam prius vidisse medenti contigerit; aegri relatus, si herniae suae rite obseruatae historiam accuratam tradere valeat; tandem epiplocelis notae, non raro in hernia vtut strangulata adhuc conspicuae: quas quidem fatemur sub hac circumstantia omentum herniosum non femel exuisse, vt enterocelis characterem vtcumque indueret (vide *Garengeot, Pipelet Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. III. Günzium:*); quae si obscuriora sint, plenam in strangulatione epiplocelis affundet lucem seccio chirurgica. In gemina omenti strangulatione praesidio est celotomia, cuius ope sublatiss., si opus sit atque expeditat, adhaerentis, et laxata constrictione, omentum mole exiguum ac sanum reponitur; ad magnam vim prouolutum, si sanum sit et reducile, legitime iuxta quosdam intus propellitur, iuxta alios in eo quoque casu melius extus relinquitur, aut quidem, vt aliis placet, amputatur: quae etiam fieri volunt, quando sanum est, et reponi nequit: intumesfactum, scirrhosum, gangraenodeum, facta ex quorundam mente ligaturā, vel eā, vt relius iubent alii, omissā, ad partem usque sanam resecatur in ventrem refundandam sedulo (vide *Pipelet Mem. sur la ligature de l' Epiploon, Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. III.*). Ceterum remedia tum externa, tum interna, quae in intestini strangulatione ab aperturā facta proposuimus, hic quoque locum habent, celotomiamque prae-gredi debent. Notat *Günzius*, nullum inueniri epiplocelae cum dolore immobilis exemplum, quae post externorum usum restituta fuerit; et nisi sanguine profuse misso reduci possit omentum, aut cauffa doloris tolli, firmiter persuasum habet, ad celotomiam statim deueniendum esse.

Omentum herniosum, quemadmodum intestina, nisi satis cita accedat celotomia, aut repositio, *apolectemate* rarius, *gangraenā* saepissime corripitur, quod ultimum vitii genus ex repetitis, ad taxim, numquam de facili obtainendam, tentaminibus et crebrius et citius contrahit, quam ex constrictione, a facci herniosi orificio, vel ab apertura, quae exitum permisit, inducta. Ut rarer est omenti inflammatio, ita et raro in

apostema abit pars huiusce modi: cuius vitii non alia est diagnosis, ac curatio, quam quae ex apostematis genere, superius tradito, habetur. Ex iis, quae de gangraenodeo intestino modo diximus, nec non ex sphaceli charactere, ac curatione eruuntur etiam gangraenae, omento hernioso haerentis, signa, et auxilia, huic infesta.

Ad haerentias contrahendas pronissimum omentum est: hoc e sede emotum non faccio solum, visceribus sociis, partibus, per qua^s elapsum fuerat, si foccus deficeret, acreuisse, verum etiam circa vesicam, inguina, peritonaeo, vtero, aliisque visceribus, citra herniam, adhaesisse, probant cadauerum sectiones. Signa omenti cum intestinis prouoluti, ipsique adhaerentis, dedimus supra supposita taxeos possibilitate, cum adhaerentias enterocelis expediebamus; sub eadem taxeos possibilis suppositione, si omentum solum facco herniali adhaereat, non de colica queritur aeger; verum de leuibus tractionibus in regione stomachi, maioribus si plus alimenti assumferit. In casu adhaerentiarum epiplocelis simplicis aut composite, taxin respuentis, praeter symptomata iam dicta, sub bino casu, modo proposito, obseruari solita, corporis incuruationem, et sub truncu extensione singultum, vomitum, foras insuper remanent partes regredi nesciae, molles tamen, flexiles, et ad aperturae exitum dantis ostium colligi valentes, si facco adhaereant, adhaerentiarum immuni; difficilius autem ad idem ostium colligendae, sequentibus interim partibus annexis, si foccus circumpositis acreuerit. Quod ad curationem attinet, vide Arnaud des hernies avec adhérance Tom. II.

Circa omenti restitutionem, numquam spontaneam, numquam facilis negotio obtinendam, animaduerte superuacuum ducimus, huic locum non esse vigentibus strangulatione siue a sacco, siue ab apertura facta, et adhaerentiis plurimis, praesente omenti etiam fani vi magna emota, obstante eiusdem intumescentia, scirrhositate, imo et aliquando absentiibus modo dictis. In his casibus omnem adimplent paginam bracherium pilâ concauâ, suspensorium, celotoinia, nisi ab hac manu retrahat auxiliorum, mitiorum iuxta seniora artis praecelta exhibitorum, successus.

Viscera in ectopiae societatem cum omento hernioso venire solita, nec non herniae, ut vocant, spuriae, cum quibus idem combinari potest, patebunt ex specierum epiploctis compositarum censu, infra tradendo. Sub familiâ triplici epiploctes varias distribuimus, quarum curationem generalē sequentibus praceptis includimus.

Si omentum reductile exiguo modo descenderit, ex peritorum sententia, facta repositione, bracherium pilâ conuexâ instructum applicandum, et usurpanda auxilia de eorum genere, quae supra in primâ enterocelis specie proposuimus: his tamen auersatur *Glinius*, qui semper noxiā esse vult omenti restitutionem, et praestare afferit, idoneam vincituram, ne porro deuoluatur, omento opponere, quam difficilem repositionem, saepe tentare. Itaque eo in casu, de curatione palliatua tantum sollicitus, bracherium puluinari instructum, pro herniae magnitudine excavato, imponendum suadet, omisso repositione: idem praestandum esse si parua sit, ast irreductilis, epiplocte, nemo est, quin videat. Si omentum ad magnam vim prouolutum sit, sive taxim, tunc certe difficillimam, admittat, sive respuat, ratione gangraenae a vi, ad restitutionem necessariâ metuendae, et periculatum ab omenti restituti intumescentiâ, scirrhositate, tum a pressione in viscera facta, oriundi, memineris, brachero faccato potius, quam pilâ, vtut excavata, protuberantiam sustentare; sunt, qui magnam epiplocten, si reducibilis sit, reponere, et locum herniae pilâ conuexâ munire non satis vereantur; celotomiam, et omenti, a strangulatione, inflammatione, gangraena liberi, refectionem perperam institutam, ut radicalis obtineretur curatio, morte citâ terminatam, vidit *Sharp*. In entero-epiploctibus, quoad vtramque partem irreductilibus, vinciturae fasciformi locus tantum est. Si reponi se patiatur intestinum, omento regredi nescio, sunt, qui tunc subligaculo faccato tantum vti iubant; dantur alii, inter quos *Sharp*, qui brachero instructio pilâ molliori, et ad herniam probe accommodata applicato, nihil mali ex pressione in omentum facta procedere posse assenserent. Si taxim admittat intestinum, et omentum, patet iam, quid medenti agendum veniat. In epiploctibus

* complicatis simplicibus tam compositis, ex supra dictis eruenda est therapeia.

A. Epiploceles simplices saccatae.

Nota. Hae cognoscendae se praebent simplicitate, facci herniosi praesentia, charactere generico, et sede, quam occupant, varia; curatio vero ex generali methodo haurienda venit; has itaque satis sit nominasse.

1. *Epiplocele incompleta*, seu *inguinalis*; *bubonocelle omentalis* seu *epiplo-bubonocelle Auctorum*; *hernie épiploïque de l'aine*, ou *incomplete*; *bubonocelle épiploïque*, *épipro-bubonocèle*. L.

2. *Epiplocele completa*, *oscheocelle omentalis* seu *epiplo-oscheocelle Auctorum*, *epiplocele tabiorum vulvae eorumdem*; *hernie épiploïque complete*; *épiplocèle complete*; *oscheocèle épiploïque*, ou *épipro-oscheocèle*, et *epiplocèle des grandes lèvres*. L.

3. *Epiplocele cruralis*; *merocèle epiploica*, seu *epiplo-merocelle Auctorum*; *hernia omenti femoralis* seu *cruralis eorumdem*; *hernie crurale de l'épiprooon*; *merosèle épiploïque*, *épipro-merocèle*. L.

4. *Epiplocele vaginalis*; *hernia omenti intra vaginam euensis Auctorum*; *hernie épiploïque dans le vagin*; *épiplocèle vaginal*. L.

5. *Epiplocele umbilicalis*; *epiplomphalus Auctorum*; *omphalocele siue exomphalus omentalis eorumdem*; *hernie épiploïque du nombril*; *omphalocèle épiploïque*; *épiplomphale*. L.

6. *Epiplocele ventralis*; *hernia omenti ventralis*, seu *hernia ventris epiploica Auctorum*; *hypogastrocelle omentalis eorumdem*; *hernie ventrale de l'épiprooon*; *hypogastrocèle épiploique*. L.

Nota. Epiploceles ovalarem, et ischiadicam enterocelibus harumque partium aequae possibles non proponimus, vt pote quae exemplo nullo, apud autores legendo, nobis constent.

B. Epiploceles saccatae compositae.

Nota. Continet haec familia primum eas epiploceles, quibus accedit intestinum; cognoscuntur ex facci praesentia, en-

terocelis superuenientis societate, characteribus genericis epiploceles, et enteroceles combinatis, tandem loco, quem occupant. Curatio obtinetur maritatè generali epiplocelis therapeiae èā medendi methodo, quae enteroeli competit. Eas signillatim persequi, superuacaneum ducimus, utpote quae eadem sint, ac herniae epiploico-intestinales, in 2^a generis praecedentis familia recentitae: hoc vnum intercedit discriminis, quod in iis, quae ad hocce genus pertinent, epiplocele primaria sit, secundaria vero enterocele; in iis vero, quae sub genere praecedenti proposuimus, primario prouoluatur intestinum, omento secundari accidente; hinc epiplo- enteroceles incompletam, completam, cruralem, oualarem, ischiadicam, vaginalem, umbilicalem, ventralem illas vocauimus: istae assumtis iisdem adieciui sub nomine entero-epiplocelum venient; quamuis has, ab illis separatas, exhibuimus; fatemur tamen, nullam inter utrasque vigere notabilem differentiam; atque ita posse, imo et debere, coniungi. Continet etiam haec ipsa familia sequentes epiplocelis species, quae licet ex secunda generis praecedentis tribu possint satis intelligi, has tamen iuuat sub speciali nomenclatura describere.

7. *Epiplocele cystocelica; cysto-epiplocele Auctorum, seu hernia cysto - epiploica; Epiplocele, cystocelen inducens, eorumdem; épiplocèle ou hernie épiploique compliquée de cystocèle, Verdier, de la hernie de la vessie urin. Mém. de l' Acad. de Chir. Tom. II. Cyto-épiploèle. D.*

Quod praefstat intestinum in enterocele cystocelica, hoc etiam praefstat omentum, trans annulos herniosum: eo descendente ita sensim trahuntur peritonaei pars vesicam posticam obtegens, et ipsam vesicam, ut sub certis circumstantiis in annulum tandem abripiantur, omenti faclae comites. Minus bene Sharp nullam agnoscit cystocelen, nisi quae ab intestino, omento, aut utroque primum emotis secundario proficiuntur. Signa huiusc speciei desumuntur ex cystocelis, et epiplocelis completae notis. Curatio ex bino hocce genere desumenda. Si epiploeli intestinum, et vesica acceferint, fit triplicata hernia, quae epiplocele enterico-cystica audit.

Obseru. Nullum exemplum epiplocelis parorchidialis apud auctores legere contigit; hanc tamen enterocele parorchidi-

diali non minus possibilem esse, nemo est, quin videat; et exstissee, atque obseruatoris effugisse, verisimillima est conjectura.

8. *Epiplocele hydrocelica; hydro-epiplocele Auctorum; hernia hydrocelico-epiploica eorumdem; Epiplocele complique d'hydrocèle, hydro-épiploïde.*

Est epiplocele, cui iuncta est hydrocele; atque ita ex combinatis herniae omentalis, et aquosae, signis agnoscenda, et iuxta methodum, utriusque competentem, trahenda; hydrocelis autem, epiplocelen comitantis, duae sunt insignes varietates; 1^a quae frequentior est, sit sero collectio intra cystidem vulgarem, extra faccum herniosum positam, et ab ipso plus, minus, pro epiplocelis magnitudine occultatam (vide *Le Dran Oper. de Chir.* pag. 186.) altera sit sero collectio intra hydatides omenti herniosi superficiem tegentes, atque ita faccio inclusas herniali (vide *Lamorier observationem apud Pipelet Mem. de P. Asad. R. de Chir.* Tom. III. pag. 404.).

C. *Epiploetes sacco destitutae, gallice Ruptures.*

Nota. Peritonaei ruptione conueniunt epiploceles simplices, et compostae, faccio carentes, cum enterocelibus infascatis; nec disparia in utrisque sunt signa, quibus ruptum esse peritonaeum, commonstratur (vide *familiam generis praecedentis tertiam*). Conueniunt, etiam locis, in quibus solent contingere; obseruant enim epiploceles infascatae ad inguina, arcus crurales, umbilicum, et in omni abdominis superficie aperturis natius defituta, non secus ac enterocelis a ruptione factae: vna discrepat contentorum indoles. Itaque in iis sigillatum enumerandis operam non locabimus, e 3^a enterocelum familia intelligendis; neque earum curationi immorabitur, cum abunde sint, quae iam protulimus; caeterum nulla separantur differentia essentiali entero-epiploceles, et epiplo-enteroceles a peritonaei ruptura enatae. Legatur obseruatio, quam ad secundam huiusce generis familiam affiximus. Posunt itaque, imo debent, specie coniungi; breuitatis causa tripartiam tantum hernias intestinales, et epiploicas secuimus, quae forte melius quadrifariam diuidi potuissent.

LII. GASTROCELE, *Jgn. La Chauſſe*; *Hernia ventriculi*, *Fabricii Hildani* resp. ad Doring. pag. 915; *Blegny* Zod. Med. Gall. Ann. I. Febr. Obf. 2. pag. 44; *Günzii* libell. de hern. cap. 20; *Jgn. La Chauſſe* Diff. de hernia ventrali, et *Kirschbaum* Diff. de hern. ventriculi inter Disput. Chir. *Halleri* Tom. III. Diff. 68, 69. *Hernie de l'estomac* *La Faye sur Dionis* pag. 121. *Arnaud* Tr. des hernies, Preface pag. 81; *Sharp Rech. Crit. Chap. I.* *Gawenget* Mem. de l'Acad. R. de Chir. Tom. I. pag. 703.

Est ventriculi trans laxatos, diductos, regionis epigastricae parietes, imo et per umbilici annulum elapsi, ectopia herniosa, ad duorum transuersorum digitorum a cartilagine xiphoidae distantiam ad minimum enascens, indicante *Günzio*, proxime vero sub cartilagine xiphoidea aut ad ipsius latera, secundum *Gawenget*, et *Arnaud*: quam fitit protuberantia flexilis, elastica, glabra, aequalis, post pastum aucta, ieuno ventriculo imminuta (nisi stomachi parietes laxati admodum sint, aut cum peritoneo coaliti), magnitudine varia (a certam vel oiliari ad maiorem, maximam, excrescit), horizontali corporis situ, sub quo leuamen tempore praesertim digestionis persentiscit aeger, sensim euanscens, situ corporis erecto, aut nisi edito, renouanda, dolore stomachi, anorexia, bradypepsia, vomitu, habitualibus, aliisque symptomatis bus stipata, vt ea fileam, quae ipsi ex compositione accedunt.

Obf. Interdum tam parum eminenti protuberantia sese prodit gastrocele, vt in obesis praeprimis minus facile diagnosis obtineatur: Caeve igitur, ne in contumacibus ventriculi affectibus, quorum causa probabilis non inuenitur, alias finges, dum accusanda veniret ventriculi hernia; memineris etiam iis in casibus, regionem epigastricam, aegro stante ac tuffre iusso, primum explorare, ne frustraneam decubitus horizontalis explorationem reddat.

Causae gastrocelis obseruatione comprobatae sunt vomitio valida, spontanea, aut ab emetico concitata, fortis nixus, in pondere eleundo editus, violenta scapularum ad posteriora retractio, et similia.

De complicationibus, quas pati possunt gastrocelis species, nullam mentionem iniicimus, tum quod ex iis, quas patitur enterocele, intelligi possunt, tum etiam, quia nullam amemorant auctorum historiae. Compositiones patent ex specie secundâ.

1. *Gastrocole simplex*; *Hernia stomachi simplex*, *Fabricii Hildani*, *Blegny*, *Günzii*, *Arnaud*, *Garengeot* locis citatis; *Hernie de l'estomac*, *gastrocèle simple*. C.

Cognoscitur haec species, quae ab uno sit stomacho, facie praesentia, sociorum viscerum defectu, et charactere generico. Variat locus protuberantiae toto spatio, quod cartilagineum xiphoideam, et umbilicum interiacet. Excipit *Günzius* partem huiusc spatii supernam. Repositione et bracherie, pilâ molliori planiusculâ ad locum accommodatâ instruâlo, obtinetur curatio: his vim addit parcus tenuisque, sed roborans, vietus, ac potus, nec non situs congruus, femoribus scilicet adductis, et inclinato capite (vide *Günzium*).

2. *Gastrocole composita*; *Hernia stomachi composita*, *Anyandi* *Transact. Philosoph.* n°. 422, et *ibid. ann. 1731. n°. 421*. *Günzii*, *Jgn. La Chausse*. C.

In istâ specie stomachum herniosum comitantur viscera abdominis, varia sed pariter emota, ut intestina ex *Philosoph. Transf.*; omentum ex *Jgn. La Chausse*; intestina, et hepar ex *eadem auctore*. Variat sedes herniae huiuscemodi. De gastrocole ventrali, epipoicâ, atque intestinali sermo est apud *Günzium*, *la Chausse*, et in *Transf. Philosophicis*. Gastrocelum umbilicalem ex intestinis, et vesiculae felleae parte stomachi sociis faciem habet *Anyandus*. Cognoscitur haec species facci præsentia, characteribus genericis gastroceles, nec non enteroceles, epipoceles, hepatoceles combinatis, et sede occupata, quae scilicet est epigastrum, vel umbilicus. Curatio eruenda est ex gastrocelis praecedentis atque generum. sociatorum therapeiâ.

LIII. HEPATOCELE, *Günzii libell. de hern. pag. 4*; *hernia hepatis E. N. C. Dec. I. Ann. II, et Dec. II. Ann. VII, Bohvii Chir. rational. pag. 230*; *Hernie du foys Arnaud des hern. Tom. I. Hépatocèle*.

Rarum hæc genus herniae obseruatione quidem stabilitum, nondum tamen sufficienter descriptum, sit ab hepate, trans laxatos, diductos in umbilici viciniâ abdominis paries, vel per ipsum umbilicum, elapo. Eius characterem autoptis perficiendum sic condimus. Cognoscitur hepatocèle, 1º loco, quem occupat protuberantia (ad umbilici vicinias, et in ipso umbilico fuit hoc usque obseruata); 2º explorato hepate, quod ex hypochondri dextri * regione in protuberantiam tendere percipitur; 3º protuberantiae, quae liuida ac congenita est, firmitate parenchymatica; 4º defectu signorum enterocelen, epiplocelen, gastrocelen, et in primis hysterocelen, indigentium. Species, quas tantum allegabimus, sunt numero binae.

1. *Hepatocele ventralis; Hernia hepatis prope umbilicum Wolff Strigelii*, E. N. C. Dec. I. Ann II. obs. 88. *Bohnii* loc. citat. *Hernie du foie ventrale, Hépatocèle ventral. D.*

Viennæ natus est infans cum tumore circa umbilicum, ad pugni magnitudinem, coloris liuidi, qui pro omphalocele gangraenosa imposuit; applicatis medicamentis calidioribus, et antiphacelosis, et inde aucta adhuc inflammatione, misellus expirauit. Aperto ad tumorem dictum cadasere, statim prodiit in conspectum substantia hepatis, quod inflammatum repertum est; itaque non ex umbilici protuberantia ortum ducebatur tumor, verum ex hepate (forsitan vitio conformatio-nis) prolapsus, diuulsæ linea candidæ, quae inter musculos rectos constituitur. *Strigelius.*

2. *Hepatocele umbilicalis; Hernia hepatis in umbilico Reiselii* E. N. C. Dec. II. An. VII. obs. 6. *Schulzii A. Phys. Med. Vol. I. obs. 226. Hernie du foie, hépatocèle ombili-cal. D.*

Vidit *Reiselius* puerulum ex utero tulisse, in umbilico, tumorem rotundum, pomi magnitudine, liuidum, duruscum, distentum, cui vasa umbilicalia in vertice adhuc adhaerebant; quibus dein arescentibus, reliqua membrana, tumorem tegens, incepit putrilaginem assumere: intra paucos dies

* [Nisi forte contigerit eam viscerum ectopiam simul praesto esse ut hepar finistrum, len dextrum hypochondrium occupet. quo in cau[m] hypochondrium finistrum ponas.]

puer a latte, etcibo, abstinenſis obiit, totus marcidus. Post mortem detracitā membranā, qua vmbilicus fuit extensus, tumor apparuit puniceus, qui separatus a cute, et musculis esse ex parenchymatis colore, et texturā concludebatur ipsum hepar eo vi aliqua detrusum aut delapsum, quique hepatocele dici potest. Fuit coniectura matrem contusam fuisse, quod negauit; lapsum vero concessit.

Obs. An ad genus hocce referenda est ea herniae species a pinguedine enata, quae ex ligamento hepatis suspensorio dicto, vel a latere huius interno ex cartilagine xiphoidea quasi propendet? Pinguedinem hancce ab hominibus, parum alias obesis, saepe in faccum peritonaci prouolutam, reperiri afferit *Günzius*, et in cadavere vidit oculatissimus *Davifardius*, anatomæ peritiæ nulli secundus.

LIV. SPLENOCELE, *Günzii libell. de hern. pag. 4;* *hernia lienis Fabricii Hildani Epist. LV. pag. 999.* *Spigelii de corp. hum. fabric. lib. VIII. cap. 14.* *Ruyshii Aduerf. Anat. Dec. II. pag. 23;* *hernie de la Rate,* *Arnaud des hern. Tom. I. pag. 29;* *Splenocele.*

Est lienis trans laxatos, diductos, abdominis in latere sinistro (dextroure) parietes, vel per inguinalem eiusdem lateris annulum elapsi, ectopia herniosa, cuius diagnosi tradendae minus, quam veritati, adstruendæ faciunt obseruatorum, quos citauimus, fide dignissimorum, historiae; characterem, quo genus hocce donamus, ii incidi redditant, quibus vidisse contingit. Cognoscitur splenocele, 1º loco, ad quem extuberat hernia (abdominis latus sinistrum sub vmbilico, et inguinis sinistrum annulum visa est protuberantia huc usque tenuisse); 2º explorato liene, qui ex regione sinistri hypochondrii in protuberantium tendere percipitur; 3º firmitate protuberantiae parenchymaticæ; 4º defectu signorum, quae sibi assumunt enterocele, epiplocele, et præ primis hysterocèle. Obseruationes, quibus euincuntur generis huiusc species, satis sit retulisse.

I. *Splenocele ventralis; hernia lienis ventralis Fabr. Hild. loc. citato;* *hernie de la rate ventrale;* *splenocele ventral.* C.

Mulier, triginta annos nata, tumore, magnitudine capitis infantis, in finistro latere sub umbilico, laborabat: erat ille rotundus, et facile ex vna in alteram partem ducebatur; cultro anatomico inuentus est lien adeo magnus, vt inferior iphus pars, quae in tumorem rotundum indurata fuerat, ad os pubis fere propenderet: ita *Hildanus*.

2. *Splenocoele inguinalis; hernia lienis inguinalis*, seu *splenobubonocelle Ruychii* loc. cit. *Hernie inguinale de la rate; splenocelle inguinalis; splenobubonocelle*. C.

Vidi semel herniam, vbi lien, in inguen delapsus, replebat dilatum peritonaeum. Mulier in nosocomio Amstelodamensi fuerat annosa, cui laevo inguine ingens tumor, qui habebatur pro placenta vterinæ, post partum relicta, atque ibi accreta; alii putabant frigidum apostema: sed in cadasuere certo vidi, lienem eo secessisse, atque hanc produxit henniam: ita *Ruychius*.

LV. HYSTEROCELE, hernia vteri, Sennerti Libr. IV.
 Med. Pract. Part. II. Sect. II. cap. 17. *Doringii Epist. ad G. Fabr. Hild. de hernia vterina* pag. 893; *Graaf de mulier. organ. cap. 8; Ruych Adv. IJec. II.* pag. 23; *hernie de la matrice, Arnaud des hernies* Tom. I. pag. 29; *Sabatier Mem. de l' Acad. R. de Chirurg.* Tom. III. *Hystrocelle.*

Est vteri trans annulos inguinales, aut laxatos, diductos, infernae abdominis medietatis parietes, elapsi, ectopia herniosa; quam cognoscet 1° loco protuberantiae, in hoc genere obseruandæ (ad annulos inguinales, sub umbilico, et proxime ad inguina visa fuit huc usque); 2° exploratione colliguntur, cuius mutata deprehenditur nativa directio; 3° protuberantia duræ, renitente, gradarie ad maximum usque volumen incrementante, e pelvi, pone ossa pubis emergente, vterum grauiditate vera, vel spuria, distentum, continente, reducili partim, vel penitus fâtem initio, imo et quandoque ad ipsum gestationis terminum; 4° exploratione Puzosiana, immisso scilicet in vaginam manus alterius dito, dum manu altera protuberantia comprimitur; 5° grauiditatis verae, vel spuriae,

signis; atque ita cum saepius adsit vera ingrauidatio, motionibus foetus certo tempore intra protuberantiam persentitis.

Caussae hysterocelis, obseruatione compertae, sunt ictus validi in ventrem, nifus magni editi, praegressa peritonaei a vulnere, abscessu etiam curatis solutio, grauiditate praefente, aut accidente.

1. *Hysterocèle inguinalis; hernia uteri inguinalis*, seu *hystero-bubonocele Sennerti, Doringii, Sabatieri loc. citat. Hernie inguinale de la matrice; hysterocèle inguinale, hystero-bubonocele. D.*

Mulier in inguen sinistrum perticâ feritur: laxatur peritoneum: paulo post oboritur ibi loci tumor, qui breui tempore ob summum incrementum intra abdomen recondi nequit: protuberantiae includiter uterus grauidus, ita in dies foetu aucto dilatatus, ut ea facci instar, aut eucurbitae maioris oblongae, fere propendeat, et foetus motiones, et tactu et visu, tandem percipientur. Simile vitium in inguine sinistro patitur paupercula, nouem liberos enixa; in primo partu sola fibi consulere cogitur ab obstetricibus deserta; et si mali quid in abdomen fibi hinc euenisce sentiat, nihilominus tamen oclies ex ordine naturaliter, ac fauste, parit. Non multo post partum octauum ad inguen saepiuscule persentiscit malum, in primo partu acceptum, ibique, quidpiam mediocris quantitatis extra abdomen fibi excidere, animaduertit; tumor in dies ita et magnitudine et longitudine increscit, ut tandem vesicam bubulam, spiritu distentam, aemuletur, et ad genua usque propendeat; accedunt non dubia foetus viui in protuberantia inclusi signa, aegrâ interim dolores magnos perpetiente, sive cubare, sive sedere, conetur. In bino hocce hysterocelis inguinalis casu adhibita est sectio caesarea cum bonis infantis, matris vero malis rebus. Tutius in hac specie instituitur repositio, si obtineri queat, et ea impetrata, foetus expulsio naturae, aut arti, melius committitur.

2. *Hysterocèle ventralis, hernia uteri ventralis Graafii, Ruyshii loc. citat. Hernie ventrale de la matrice; hysterocèle ventral. D.*

Geminum abdominis locum occupare obseruata est haec uteri hernia: in exemplo Graafiano latus sinistrum parum in-

Fra vmbilicum tenebat; in Ruyschiano vero latus pariter finistrum inferne et proxime ad inguina, non tamen in ipso anulo, quod speciei praecedenti proprium est. Vedit Graafius, mulierem de summis ventris, et renum, doloribus, nec non de anxio in hypochondriis sensu querentem: quae symptomata ita, dum capite demissso decumbebat, augabantur, ut in lecto sedere semper cogeretur, prae nimia abdominis mole, quod ante viginti quinque annos tumere incepérat, citra causam ipsi notam. In latere sinistro, paulo infra vmbilicum, magis eleuabatur abdomen, quam alibi, nec parem vbiique renitentiam palpo obiiciebat: aperto cadauere inuentae sunt in abdomine quatuor liquoris foetidissimae pinta, nec non tumor rotundus, magnitudine portentosus, spatium reliquum implens, quadraginta libras pendens; vterus fuit herniosus, cuius substantia antice vnum, postice et lateraliter duodecim pollices crassa, partim scirrhosa, partim glandulosa, ac globulis rotundis, induratos ouorum vitellos aemulantibus, feta obseruabatur; cauitatem vero implebat materies nigra foetidissima, falso germini, molae aut placentae natales debens, et pugnum aquans magnitudine. Ante viginti quinque annos, labente 2º aut 3º grauiditatis mense, vesiculam, aqua plenam, placentam destitutam, excluserat mulier, subsequente per sex, septemue, menses lochiorum fluxu vberimo, cui compressio superueniebat abdominis protuberantia, modo descripta. Narrat Ruyshius casum mulieris, cui ingens tumor directe ex cauo abdominis procedens circa inferiorem iphus partem quam proxime inguini dudum haeserat; breui autem suppurratus bene sanabatur: accidente haud ita diu grauiditate, vterus, foetu crescente tumens, in saccum dilatabat peritonaei locum, cicatrice obduclum, qui, vt si solemne est in peritonaei atque abdominis abscessibus, nec non in vulneribus, in cauum abdominale penetrantibus, etiam rite curatis, prae acquisita debilitate pressum validum sustinere, impos fuit. In huiuscemodi peritonaei sinum insinuabatur vterus eo usque, vt tandem cum foetu incluso ad genua usque penderet antrorum. Instantibus deinde partus laboribus vterum cum foetu intra abdomen reponebat obstetrix; sicque felix euadebat puerpera, edito per vias naturales bene nato fetu.

Obf. An ad hocce genus pertinet ouariorum hernia, quam memorat *Arnaud*, et in puellae cadauere ad inguinalem annulum extuberare *Veyret* vidit ex *Verdier*?

LVI. CYSTOCELE, *Platneri Inst. Chir.*; *Sgn. La Chausse de hern. ventralis; hernia cystica quorumdam; hernia vesicæ urinariae* *Salzmanni* Diff. inter *Halleri Disp. Chirurg.* Tom. III. Diff. 72; *Günzii Libell. de hern. cet.*; *hernie de la vessie urinaire* *Mery Mem. de l' Acad. R. des Sc.* 1713; *Gavengot Oper. de Chir.*; *Levret Obs. sur les polypes*; *Sharp Rech. Crit.*; *Verdier Mem. de l' Acad. R. de Chir.* Tom. II; *hernie cystique, cystocle.*

Est vesicæ urinariae, trans annulos inguinales, sub arcubus cruralibus, et per laxatos, diductos, perinaei, hypogastrici, nec non vaginae, parietes, clafæ, ectopia herniosa; quam fistulæ protuberantia, in locis iam dictis obseruabilis, initio parua, sensim crescens, pressione, aut commodo corporis situ, regrediens; mutata corporis positura, aut nisi edito, reuocabilis; mollis, et membranas crassas, flaccidas, sub digitis volubiles, tædi referens, si vesica lotio vacua sit; fluctuans, si adsit lotium; maiori donata volumine post seruatam diu vrinam; crescens, aut fere euaneiens illâ emissâ; quâ leuiter compressâ, excitatur in aegro meiendi desiderium; si vero validior fit compressio, sequitur misio plena, vel stillatitia. Ceterum affectum comitatur aut ischuria, aut dysuria, vt omittam symptomata varia ex compositione et complicatione ortum ducentia. Notabis dari aegros, in quibus nulla succederet vrinæ emissio, nisi manubus admotis protuberantiam eleuarent, ac premerent.

Causæ cystocelis sunt communes, vel propriae: communes ex herniis aliorum viscerum, membranaceorum in primis, intelligendæ, reducuntur ad ea, quæ fibras laxant, quæ tonum ipsarum frangunt subitâ, vel lenta distractione, quæ tandem contenta in abdomine deorsum magis vrgent. Propriae vero sunt, 1^o parietum vesicae ampliatio ab vrinæ retentione, difficultate, praegressis, inducta, quam sequitur, evacuata vrinæ, corundem flacciditas, atonia, contractionis suffi-

cientis defectus; 2º vesicae figura singularis, grauiditatis tempore contingens; ea enim ab utero grauido, ad essa pubis pressa lateraliter, exporrigitur, figuram induens veluti brachiatam, vel deorsum expandi cogitur; 3º traclio a visceribus aliis prolapsis; sic vesicam trahunt intestina, omentum, uterus, vagina e loco nativo deiecta; 4º parietum vaginae per partum multiplicem distensio, debilitatio, quae scilicet sufficienti sustentaculo vesicam ex hac parte defraudat; 5º fibrarum musculosarum, tum vesicalium, tum vesicae circumpositorum, recessus ab inuicem distensione productus, quo nimurum labefactatur claustrum coercientis robur. Minus bene *Sharp*, a praeuiā entrocele, aut epiplocele, cystocelen semper pendere, vult, tertiam ex assignatis, caussam tantum agnoscentis; obseruatione autem non semel constituit, herniam cysticam solitariam simplicem primariam enatam fuisse. Nec iure meliori vni conformatioonis vitio in utero contractio, non vero caussae aduentiae, eam adscribit *Mery*; potest quidem quandoque vitium conformatioonis locum habere; verum non aliam caussam agnoscere, vetant rationum momenta, aduersus Meryanam sententiam a *Verdier*, *Salzmanno*, relata.

Obnoxiae sunt cystocelis species variae: calculo, obstruktioni, inflammationi, strangulationi, gangraenae, irritationi, adhaerentiis, tandem compositioni.

Calculos saepe continet cystocèle, annularis, nec non vaginalis. Horum signa sunt: renitentia, strepitus, dum pars herniosa, praesertim vacua, digitis contreclatur, perceptus; denique dolores, a concretionibus huiuscmodi excitari soliti. Doceat te casus, a *Th. Bartholino* enarratus, quod, etiam si nec palpus, nec strepitus, calculorum praesentiam denotent, nihil tamen de ipsorum absentia concludendum veniat, praesertim si aegrum vexant dolores calculosi. Visi sunt calculi viam sibi in inguine patefecisse, aperturā ob assiduum urinæ effluxum in vlcus fistulosum abeunte; calculus ita quandoque obturat herniae orificium, vt ex parte vesicae herniosæ in aliam exonerari non possit lotium; hoc si contingat strangulatam dicunt cystocelen, ob structæ nomine melius salutandam. Incrustatione calculosa ita clausum vidit *Bertrandi* herniae cysticae orificium, vt in defuncti cadavere non, nisi post eam

distractam, introduci stylus potuerit; vesicam felleam figurā ac capacitate aemulabatur pars vesicæ vrinariae ectopa, humoris foetidi dragnis aliquot feta, quam pro sacco hernioſo, in omenti et intestini herniis obſeruabili, aſt hic partibus emotis vacuo, de facili habere potuſſes. Praefidio eſt lithotomyia ſpecialis, quā denudatis per celotomiam in cytocele inguinali calculoſa partibus, citra vero talem denudationem in vaginali calculo etiam fetā, ſufficienter inciduntur vesicæ pars ectopa, et calculus extrahitur, cauendo, ne pars incifa in ventrem refundatur; deligato, vt in vulgari lithotomyia fieri ſollet, vulnere, auertitur ulceris firſtulofis, ex continuo vrinæ per vulnus effluxu metuendi, periculum catheteris tubulofis immiffione, quā vrina ad vias ſolitas reuocatur.

Inflammatione corripi poſſunt omnes herniae cysticae ſpecies; tunc signis cystocelis genericis adduntur: dolor acutus, calor, febris, vomitus, ſingultus. Ex *Petit* obſeruatione, fi ſimplex fit cytocele, quae inflammationem patitur, vomitum ſingultus ſequitur; fi vero ea inflammatæ epiploceli, aut enteroceli mixta fit, ſingultus vomitum praecedit; orificium partis herniofæ nunc penitus ob inflammationem vigentem clauditur; et lotio, ex ipfa in aliam vesicæ partem euacuari nescio, strangulatio accedit; nunc vero irrita inflammatione ſatis hiat, quanius conſtrictum, eiusmodi orificium, vt vrinæ, e vesicæ parte ectopæ per preſſionem expulſae, in aliam huius viſceris partem via pateat; exulat tunc strangulatio, praefente inflammatione. Curatur cystocelis inflammatione venae ſectione iterum atque iterum celebratæ, applicatis topicis, euacuatæ ope lenis preſſionis in protuberantiam et hypogastrium factæ vrinæ in cytocele contentâ, fi exulet strangulatio: quam fi inflammatione induxerit, tunc acu ad apicem tricuspidatâ, et tubulo inclusâ perforari debet hernia, vt extrahatur lotium; dein venae ſectionibus iteratis et impositis emollientibus, imo et reſoluentibus inflammatione occurrentum; quæ fi auxilliis iam diſcis cedere renuat, vnicar ſpes eſt in celotomia. Denudatis huius ope partibus, dilatazione facta aufertur aperturæ exitum dantis conſtrictio, et in ventrem refunditur pars vesicæ hernioſa, niſi obſtent praefens ipſius conditio, vel adhaerentia rum, separationi minus aptarum, indeotes deligatur vulnus, vt

moris est, in bubonocelis operatione, et cicatrice factâ, locus hic splenio et bracherio firmatur. In cystocele, epiploeli, aut enteroceli, mixtâ, si celotomiam celebrare cogat inflammatio refractaria, meminerit chirurgus, quod nullam facci herniosi partem auferat, ne vna eademque sectio, et facci, et vesicae, partem eximat cum malis aegri rebus.

Quemadmodum enterocele inflammata corrumpitur quandoque, ita cystocelis inflammatio nonnumquam abit in gangraenam. Huius signa ex enterocelis gangraenodeae affectionibus satis intelliguntur. In admodum desperato hocce casu nulla alia via remanet, nisi quae pro corruptis intestini herniis a Louis ineunda fuadetur in *Mem. de l' Acad. de Chir.*

Ab urinae in parte vesicae herniosa morantis copiâ ita stimulari, irritari possunt huius parietes, ut, quamvis absit inflammatio, tamen ea fere accedant symptomata, quae in cystocele inflamatâ obseruari modo diximus; scilicet dolores acuti in protuberantia, naufæ, vomitus, singultus. In herniâ, cysticâ cum intestinali combinatâ, *Sue* iunior vidit irritationis huiusce exemplum, memorante *Verdier*. Fugantur haec accidentia urinae evacuatione ope catheteris, scroti elevationis, et pressionis in protuberantiam factæ, obtinenda; praecaudentur vero, si vesicam herniosam manubus eleuatam ac compressam exonerare meminerit aeger statim, atque vastrius tumet.

Adhaerentias contrahunt herniae cysticæ non secus, ac intestinales, et epiploicae: probant exempla, a *Verdier* relata. Legatur luculenta dissertatio, quâ enterocelis et epiplocelis adhaerentias prosecutus est *Arnaud*, et exinde adhaerentiarum cysticarum theoria et therapeia eruatur. Adhaerentiae suspicione inicit cystocelis irreductilitas in nullam aliam cauissam refundenda; praesentem ostendit celotomia.

Combinatur cystocele cum enterocele, epiplocele, præsidentia, inuersione vteri ac vaginae. Vide *Cystocele composita*.

A. Cystocele simplices.

I. *Cystocele inguinalis*; *Hernia inguinalis vesicae urinariae* Auctorum, ut *Verdier*, *Mery*, *Petit*, *Piatneri*, eet.

Cysto-bubonocèle eorumdem; Hernie inguinale de la vessie urinaire; Hernie cystique de l'aine; Cystocèle inguinalis; Cysto-bubonocèle. D.

Variat haec species in incompletam et completam, in solitariam et geminatam. Praecedit virinae retentio, vel dysuria, vigente hacce hernia etiam obseruanda; vesicā per annulos inguinales elapsā, tumet inguen tantum in casu incompleto, inguen autem et scrotum in casu completo, protuberantia, quae notis gaudet, in charactere generico memoratis: exulat alius visceris, simul herniosi, societas; caue, ne ipsam cum hydrocole confundas. Notabis saccum herniosum in enterocele, epiplocele, aliisque herniis etiam incipientibus praesentem, partesque emotas includentem, in herniae cysticae inguinalis principio deficere; neque adesse, nisi satis cystocele increuerit; eumque ante vesicam tunc positum, nusquam ipsam includere.

Curatio modo sequenti perficitur. Interdictis aegro pinguisbus, oleosis, nec non remediis diureticis, paruā ipsi potū quantitate concessā, monendus est, vt mingendi desiderio, vtut frequentissimo, obtemperet; et vt quantum poterit in latu herniae oppositum decumbat: quo in situ si difficultatem experiatur in emitendo lotio herniam replete, suppetias ipsi ferent protuberantiae eleuatio, ac compressio, nec non situs resupinus clunibus eleuatis, sub quo nonnumquam etiam absque compressione succedit mihi in aliâ corporis positurâ impossibilis; 2º factâ lotii in cystocele contenti naturali, vel artificiâ evacuatione, liberato per clysterem a foribus intestino redi, aeger in positurâ legitimâ constituto, tentanda est partis vesicæ herniosæ repositorio, eam adhibendo encheirefin, quae in intestini, vel omenti restituitione usurpatur: quâ penitus impetratâ bracherio congruo pilâ instructo conuexâ munendus est annulus inguinalis; 3º si cystocele completa sit, non accreta, reductionis tamen impatiens, apponendum est subligaculum fassiforme, suspensorium vulgo dictum, e telâ param extensiili factum, paulo minori, quam est protuberantiae moles, donatum cauitate, in dies, prout decrescit herniae volumen, minuendâ, et liquore adstringenti ac roborante mafaciendâ. Annulum inguinalem attingente cystocele, in

suspensorii locum sufficietur bracherium, puluinari gaudens latiusculo subconcauo, in planum, tandem in conuexum, mutando; quod tunc deponetur, cum nullum de perfecta curatione remanebit dubium; 4º si vesica circumpositis adhaeret, locus tantum est suspensorio vulgari, nisi celotomiae, sub qua leuiores adhaerentias perita manus tollit, periculum facere velit aeger.

2. *Cystocele cruralis*; *Hernia cruralis vesicae urinariae* Levret apud Verdier, obs. XI. *Hernie crurale de la vessie urinaire*; *Cystocèle crurale*; *Cystomerocèle*. D.

Fit haec species a vesica vrinaria, sub ligamento Paupartii, in mulieribus praegnantibus, puerperis, hydropicis, prouoluta. Cognoscitur signis genericis, sed anatomicis et simplicitate. Differt a praecedenti notis iisdem, quibus entero-bubonocele a merococele intestinali distinguitur; scilicet maiori a genitalibus distantia, et loco sibi proprio, quem in inguine superiori, et fere super anteriorem femoris partem obtinet. Adebet vrethrae obliquitas, cathetere immisso detegenda; ex praecedenti specie huiusce curatio eruitur.

3. *Cystocele perinaealis*; *Hernia perinaealis vesicae urinariae*; *Hernia perinæ cystica* Audorum, vt Mery, Curad patris apud Verdier, obs. XIII. *Hernie cystique du périnée*; *Cystocèle du périnée*.

In hac specie ad perineum, non nihil ad raphes lateras elabitur apud grauidas vesica vrinaria, iuxta vaginae et intestini recti partes laterales obrepens, ab vtero, foetu distento, pressa, musculorum ani levatorum fibras, fasciculatim coactas, diducit, separat, cutemque attollit, spatium, nativo sustentaculo defraudatum, subiens. Cystocelen hancce, charactere generico insignitam, specifice determinat locus affectus et simplicitas; post partum spontanee evanuisse obseruata est: quod si non contigerit, valet hic ea curandi methodus, quam speciei cystocelis primæ attribuimus.

4. *Cystocele hypogastrica*; *Hernia vesicae urinariae supra pubem*, Le Dran apud Verdier, obs. XIV, *Hernie de la vessie par-dessus les os pubis*; *Cystocèle hypogastrique*. D.

Vocabatur Le Dran ab homine, annos natus 40 ob vrinæ retentionem, quam plures aliae praecesserant, periculosissime

decumbente: praeter tumorem, quem vesica, lotio distenta, supra pubem efformare solet, aderat praeterea tumor alter, longe minor, ad latus musculi recti positus, priore paulo elongatior, et tactui facile cedens. Extraclis per catheterisimum vrinae libris tribus, evanuit protuberantia major supra pubem sita, et cessavit vrinae effluxus. Leui pressione in tumorem alterum facta, noua succedit vrinae emissio, quæ tumor hicce deletus est. Irrito leuamine per catheterem, qui in vesica derelictus fuit, allato, fato breui funclus est aeger; neque facta est cadaueris aperiendi copia. Putat *Le Dran*, tumorem minorem saccum suisse, vrinae magnâ copiâ fetuni, a tunica vesicae vrinariae neruâ, inter diductas tunicae carneae fibras protrusa, efformatum, qui in vesicae partem maiorem aegre exonerabatur, ob constrictum a fibris carneis facci hunciuscē orificium.

5. *Cystocele vaginalis; Hernia vesicae vrinariae intra vaginam eueniens* Robert apud Verdier, obs. XVIII. *Hernie de la vessie urinaire dans le vagin; Cystocele vaginal.* D.

Inter fibras tunicarum, parietes vaginae efformantium, diductas viam fibi aperit vesica vrinaria, in membranas vaginae eleuans in protuberantiam signis cystocelis genericis gaudentem, e vaginae parte, ossibus pubis respondentem, emergentem, eius orificium occupantem; hanc in muliere grauidâ 40 annos natâ, quam frequens ac dolorificum vrinae fundenda defiderium diuexabat, partus tempore obseruauit Robert, memorante Verdier. Deducitur huius speciei diagnosis ex charactere generico, fede anatomicâ, et simplicitate. Caeu, ipsam confundas cum enterocele vaginali, hystro-cystocele, et prae-primis cum hydrocele, quam in cauo facilitio textus cellularis, vaginam cum recto alligantis, efformatam obseruauit Bertrandi in muliere grauidâ, utrumq; autrorsum inclinatum, gerente. (Vide Bertrandi Mem. sur l'Hydrocèle, Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. II.). Valet in hac cystocelis specie ex curandi methodus, quae aduersus enterocele vaginalem Garengeot, et Arnaud bene cessit; scilicet vesicâ repositâ vaginae immittitur pessarium, a similitudine cum dolii operculo nomen habens, longitudinaliter in medio perforatum, et binum gerens funiculum, quo extandi possit; nisi adhibere mavis, spongiam ex

aquà aluminofà expressam, quà enterocelen vaginalē ab *Hartelio* curatam fuisse supra diximus.

B. *Cystocles composite.*

[*Congenita, monstrosa.* Cf. Script. pecul.?

Sunt, quibus ex umbilico propendet, cum pene, vesicae
urinaria inuerfa, perpetuo mucum cum urina stultans.]

6. *Cystocle enterocelica; Enterocystocle; Hernia entero-*
cystica; Hernia cystica enterocelen inducens Auctorum;
Cystocle ou hernie de la vessie compliquée d'enterocèle Verdier;
Enterocystocle. D.

In hac specie, quae enterocelle cystocelicā minus frequens
est, primaria est hernia cystica, intestinalis vero secundaria,
intestino saccum, a peritonaeo, per vesicam et opam raptō, tan-
dem efformatum, subeunte. De cetero eadem signa prae se
fert, ac enterocelle cystocelicā; nimirū signa herniae cysticae,
et intestinalis combinata: itaque utraque quoad speciem iun-
genda, licet cystocle hic primarius sit affectus, illic vero
secundarius. Patet ex bino hocce herniae genere curatio spe-
ciei istius.

Cystoceli primariae comites sese addere possunt intesti-
num, et omentum simul, tunc ex trium horumce viscerum her-
niā exsurgit cystocle epiploico-enterica.

7. *Cystocle epiploetica; Epiplo-cystocle; Hernia epiplo-*
co-cystica; Hernia cystica epiploeten inducens Auctorum; Cy-
stocle ou hernie de la vessie compliquée d'épiplocte Verdier; Epi-
plo-cystocle.

Quemadmodum in specie praecedenti cystoceli primariae
adiungitur enterocelle secundaria, sic in ista specie eidem in
societatem venit omentum, in finum peritonaei, per vesicæ des-
censum similiter rapti, prouolutum. Composita haec vesicæ
hernia signis conuenit specificis cum epiploete cystocelicā, a
qua ideo minus bene separaretur quoad speciem, quamvis po-
sterior secundaria hic sit, illic vero primaria; neque dispar est
curandi methodus in utraque. Si in hac specie omento etiam
addatur intestinum, sit cystocle enterico-epiploica.

8. *Cystocele ab hysteroptosi; Hystero-cystocele; Hernia cystica uteri vaginae prolapsi, inuersioni accedens Auctori; Hernie cystique se mêlant à l'hysteroptose Verdier; Hystero-cystocele. D.*

Eadem prorsus species est haec cystocele, ac hysteroptosis composita, de quâ supra.

9. *Cystocele lumbaris Brun. Lugduni, Journ. de Med. Tom. XXI. I.*

Mulier a longo tempore, praeter diuersa symptomata, tumorem mollem, vix fluctuosum, in regione lumbari antica sub hepate gerebat, quique nullis auxiliis cedebat. *Cl. Brun* consultus inuenit illum tumorem, dextre manu tractatum, euanscere, et tunc vberem vrinae fluxum excitari; vnde deduxit esse cystocele nouam speciem ex vesicæ, vel potius pelvis renum summe dilatatae, herniâ producam, cui appositis chirurgicis auxiliis mulier sanitatem recuperauit.

LVII. ENCEPHALOCELE, Corvini Diff. de hern. Cerebri inter Halleri Disp. Chir. Tom. II. Diff. XLVI; Hernia Cerebri, Reiselii Eph. N. C. Dec. II. Ann. II. Obs. 115; Lechelii ibid. Obs. 158; Trew Comm. Litt. 1738. Hebd. 52. n. 3; Tacconii Diff. de humano monstro Bononiae nato; Corvini ibid.; Hernie du cerveau Le Dran Obs. de Chir. obs. 1. Hernie du cervelet; Encephalocèle.

Est cerebri, cerebelli, aut vtriusque, verbo encephali, per ossium crani, non penitus ossificatorum, hiatum prorum-pentis, ectopia herniosa; quam cognoscet protuberantia quo ad magnitudinem, figuram, locum crani, quem occupat, variâ, integumentis communibus supertetâ colore nativo donatis, nisi adgit gangraena; in infantum capite tantum obseruabili; congenitâ, molli, indolenti (inflammatione renitens ac dolorifica sit), vtplurimum fluctuant, ad circumferentiam suae baseos circulo cinctâ osse, digitis explorando, et ossificationis defecuum inclidente, symptomatibus nullis grauibus stipata, saltem initio, si ea parua sit, et in vertice, aut lateribus capitidis, posita sit, grauissima vero symptomata, vt paraly-sin, conuulsionem, soporem, anaesthesia, cet., secum tra-

hente, si occiput teneat, aut si vastius tumeat, alibi licet sita. Caeve, confundas cum aneurysmate spurio, quod in puerorum capite saepius per ictus, aut capillitii tractionem, producitur. (Vide citatam *Le Dran* obseruationem.)

Cauſſae encephalocelis fūnt, 1º colleclio lymphae visibilis ſubtiliffima, quā cerebrum irroratur, atque ab exſiccatione defenditur, in parte cranii interni singulari facta: hac enim poſta magis premuntur partis oſſae collectioni respondentis vafa; atque exinde impeditur in ea nutritio et oſſificatione, dum utraque in reliquis cranii oſſibus perficitur; cedit pars huiusmodi debilior, minus reſiftens, correpontente encephali portione in oſſis defectum ſenſim ac fine ſenuſi infi- niuata, et ſuperpoſita in protuberantiam attollente. 2º Preſſio quaecumque extēna maior in vna cranii parte, quam in reliquis; hac enim inducitur ſimilis oſſificationis defectus. 3º Prae- ſente per cauſſas iam dictas in quodam cranii loco oſſis hiatu, fi tamen quacumque de cauſſā protuberantia nondum for- mata ſit, hanc excitare potest partus diuturnus diſſiciliſ, qui hiantibus foramine peregrino cranii oſſibus, forte primas fert in encephalo, trans ipſam adiugendo.

Encephalocelis species inflammati, ſuppurari, sphaceliari poſſunt; quae cognoscuntur signis inflammationis, apoftematis, gangraenae praefentiam indigitantibus; curatio eruitur ex attributā hiſce morborum generibus therapeiā.

1. *Encephalocele simplex; Hernia cerebri simplex Trewii*
Comm. Litter. loc. citat. *Hernie simple du cerveau; Encephalocele simple. C.*

Haec species a cerebro, cerebello, aut utroque, tantum facta protuberantiam fitit, signis genericis insignitam, ſenſim ac fine ſenuſi increſcentem, ob defectum collectionis ſerosae, nullo ſiſpatam fluctuationis ſenuſi; variare potest ſede, quam occupat, et contento, quatenus nunc cerebrum, nunc cerebellum, nunc utrumque continent. *Trewius*, qui rarifimae huius speciei caſum unus habet, vidit infantem, in cuius capite ſuper os verticis ſimilium, prope ipsum verticem et occiput, prominebat tumor floreni circiter magnitudine, et pollicem ferme altus; ſic et in altero latere ſimilis tumor, minor licet, aderat, qui tamen ſponte euauit; non diſſicile erat in am-

bitu tumoris hiatum ossis detegere; curatus fuit puerulus, adhibita methodo D. Le Dran. (Vide speciem sequentem.)

2. Encephalocele hydro-cystica; Hydro-encephalocele, seu hernia cerebri composita Corvini, Tacconii, Warneri, obs. chir. XI. pag. 59. Hernia cerebri fluctuans Le Dran; Hernia cerebelli purulento-ferosa Reiselii; Encephalocele, ou hernie du cerveau avec épaichement de féroïté; Hydro-encephalocele. C.

Haec species, quae praecedenti frequentior est, et a cerebro, cerebello, aut vtroque fit, additâ simul magnâ serosae colluviae simplicis, aut pure mixtae, copiâ, cognoscitur protuberantia notas genericas præ se ferente, et fluctuationis sensu donata. Variat haec species, 1^o ratione loci, vt in parietali dextro, ex Le Dran obseruatione, in occursu parietalium cum osse occipitali, ex historiâ Tacconii, in osse occipitali ex Corvini, Reiselii, Warneri exemplis; 2^o ratione contenti; cerebrum includebat protuberantia in easu Tacconiano, Corvianio, cerebellum in Reiseliano; 3^o ratione coniunctionorum; serum tantum addebatur encephaloceli in obseruationibus Le Dran, Tacconii, Corvini; serum vero ac pus, ex preuiâ inflammatione genitum, in Reiseliana. Hinc in ultimâ hacce obseruatione protuberantia fuit primum dura, tensa, et aperta, serum limpidissimum fudit, succedente materiae purulentaë illicidio, post septem hebdomadas morte commutato.

Curatur haec species, 1^o impositis protuberantiae per plures dies, imo et menses, spleniis densissimis spiritu vini, aut aquâ vitae madidis, consueto corporis inuolucro tantum sustentatis, per 24 horas absque nouâ humectatione derelictis, eo fine vt duriora facta protuberantiam, quam sustentant, leuiter comprimant. Hac methodo non Trevius solum encephalocele simplicem curauit, sed et Le Dran compositam, euaneſcente protuberantia, dissipato sero, et ita promotâ ossificatione, vt post mensem unum foramen, quod magnitudine parietale sero metiebatur, maxime coarctaretur, et tandem post decimum penitus clauderetur. Quae encephalocelibus paruis, paucò sero fetis, verticalibus, aut lateralibus, proficit methodus, haec manca est, si de occipitalibus, aut vastius in quacumque capitris parte tumentibus, agatur. In his enim unifere curationi palliativae, quae in protuberantiae munimine

tota iacet, locus tantum est; vix ac ne vix quidem radicali, licet in morbis extremis extrema quoque adhiberi possint remedia. Indicationes hic adimplendae sunt, 1º cerebrum robore, a fero nimio expurgare; 2º lympham, in protuberantia collectam, dissipare; 3º partes emotas ab externis iniuriis defendere repositas; 4º ossificationem hiatus promouere; 5º protuberantiae cystides contractas reddere, aut renouere; 6º symptomatibus, ut paralyssi, conuulsioni, excoriationi, inflammationi, gangraenae imminenti, obuiam ire. Vide *Trium loc. supra citat. et Salzmannum, dissert. de tumor. quibusd. ser.* Notabis circa indicationem secundam, si medicamentorum tum extus, tum intus, adhibitorum ope euacuari lympham nequeat, de inhibendo prouide aëris accessu, et de caute vitandis cerebri, et eius propaginum laesionibus follicito, lympham, aperturâ faciat, paulatim esse tibi educandam, nisi promptiore euacuationem iubeat imminens gangraenae periculum: quamuis apertio nem, ut interne cinam, dissuadeant viri nonnulli, in arte grauissimi, aut minori ratione ligaturam, sensim in dies constringendam, adhibere malint alii. Notabis circa tertiam indicationem, partes emotas facilius, ab aëris iniuriis defendi, si apertura parua fuerit, et lente ac succeſſu lympha educatur; si ad aperturam maiorem faciendam coegerint rerum circumstantiae, praefeo fint debita linteaminum tegumenta, et vincula chirurgica; lymphae euacuatio, lenta præfertim, partium retrocessioni fauere potest; quae si non contingat, ad eam impetrandam tentanda est *D. Le Dran* methodus; anne ea quidem proficiente, tuto incidi et auferri potest pars cerebri emota, ac retrocedere neficia?

3. *Encephalocele Lechelii*, Eph. Natur. Cur. Dec. II. Ann. II. obs. 158; *Hydro-encephalocele spinae bifidae mixta*; *Hydro-encephalocèle*, ou *hernie du cerveau avec épanchement, compliquée de spina bifida*. C.

Vidit *Lechelius* recens natum, duabus instructum protuberantias; altera in medio occipitis sita, iuglandis magnitudinem aquante, molli, pilis obſita; altera in spinâ dorsi positâ, et cui magnitudine donata; in hydrocephalum compleatum incidit tandem puerulus, quo e viuis sublatus est. Cadaver apertum exhibuit lympham, protuberantias replentem,

spinam bifidam in lumbis, et foramen peregrinum in occipitali osse. Curatio intelligitur ex specie praecedenti.

Obltru. 1^a Si quis cum *Corvino* velit sub encephalocelis genere spinea bifidae species cogere, is me non habebit reluctantem; si trans foramen peregrinum in ossibus crani prae-sens, a lymphà collectà adigantur solae cerebri membranae, cerebro ipsomet non emoto, an morbus ad encephalocelen referendus venit? An sub futurarum crani diaftasi contingit quandoque encephalocele hydrocyistica?

Obltru. 2^a Au condendum est pneumonocelis genus? Hoc statuere videtur obseruatio Foubertiana in *tomo primo des Mem. de l' Acad. R. de Chir.* legenda, et innuit clarissimus Günzius.

LVIII. HYSTEROLOXIA. *Obliquitas uteri Roedereri* Elem. art. obstetric. §. 449-507. *Levret. observ. sur les accouch.*; *Inclinatio, reclinatio, obliquitas uteri Deventer* cap. 46, 47, 48. *Ruyshii* observ. XCVIII; *Inclinaison, oblique de la matrice*, *Sabatier* Mém. de l' Acad. de Chir. T. III. et.

Est uteri, saepius grauidi, et contra, quam in hysterocele fit, abdominis claustris contenti, situs in obliquum aber-rans; quem cognosces, axi pelvis legitime constituto, ex mutata orificii uterini directione, quod exploratum nunc ante-riora, nunc posteriora, nunc latus alterutrum, respicere de-prehenditur, vt symptomata haec, vel illa, omittam in specie-bus variis diuersa; diagnosi genericae specialem adiunges.

I. *Hysteroloxia anterior; uterus antrorum inclinatus; uterus in partem anteriorem obliquus; inclinatio uteri Aucto-rum; venter propendulus Latinorum; Matrice tombée en avant Deventer; inclinaison de la matrice en avant; ventre en besace.* L.

Debetur haec species insertioni placentae, non in fundo uteri, sed ad partem ipsius anteriorem, factae, ac debilitati musculorum abdominalium. Cognoscitur abdome supra os pubis propendente, atque magis in grauidae sedentis femo-ribus incumbente, hypochondriis minus tensis ac repletis; orificio uteri folito altiori, difficultime, partim, et quando-que non, nisi integrà manu in vaginam immissa, explorando,

os facrum directe fere respiciente, digitum difficile, et solum fere flexum, admittente; vrinā maiori in gradu ob vesicam compressam suppressā, vel contineri impote, tenesimo molesto, tractionis sensu in pelvi, summā incendendi, aut etiam situm mutandi, difficultate, partu difficiili, lento, doloribus spuriis, frequentioribus, vehementioribus slipato, capitis foetus vertice ossi sacro obuerso, occipite ad ostium depulso, si recte situs sit foetus, liquoris amnii vesicā oblongā, gracili, botuliformi, iusto citius rumpendā, cuins ruptionem assiduum aquarum stillicidum excipit. In hac specie, grauiditatis tempore, abdomen suspensorio sustentandam, lecto diutissime assigenda mulier: instantē partu, ex grauiſſimis auctōribus, obstetricatio instituenda sub decumbente corpore, peldi elatā, thorace demisso, abdomine interea ope mantilis pluries complicati, et a duobus ministris, gnaris ac validis, sustentati eleuato: ex Levret vero facilius succedit partus, si grauida genubus ac cubitibus innitatur. Plura vide apud Deventer, Levret, Roederer, aliosque.

2. *Hysteroloxia posterior; vterus retrorsum inclinatus; vteri reclinatio Auctorum; vterus in partem posteriorem obliquus Roederer; Matrice renversée contre les vertèbres Deventer; inclinaſon de la matrice en arrière. L.*

Hanc speciem negat Sabatier; admittunt cum non paucis Deventer, Levret, Roederer. Pendet, praecipue praesente placentae insertione ad partem vteri posteriorem, ab ossis sacri tubere symphysi ossum pubis nimis vicino, et lumborum vertebris in posteriora flexis, concurrente saepius pelvis angustiā. Cognoscitur tumore abdominali alius adscendente, minus prominente, magis complanato, vomitu versus grauiditatis terminum, crebriori et maiori, dyspnoeā, inspiratione nempe paruā et frequenti, capite ossibus pubis inhaerente, vrethram comprimente, cum lotii suppressione, pubis regione tensā, elatā, acriter a pressione dolente, vteri orificio facile attingendo, inferiora directe respiciente, imo ex Deventer ad anteriora conuerso, et margine inferiori tantum explorando, tandem fonte pulsatili ad os vteri delabente. Obstetricationem in hac specie adhibendam vide apud Roederer.

3. *Hysteroloxia lateralis; vterus in latero obliquus Roederer; vterus lateraliter inclinatus; obliquitas vteri propriæ dicta Auctorum; Matrice inclinée sur les côtés Deventer; inclinaison latérale de la matrice; obliquité de la matrice.* L.

Variat haec obliquitas in latus dextrum et in sinistrum; variat etiam, quatenus nunc cum vteri intorsione combinatur, nunc non combinatur. Huic speciei ansam præbet saepissime placenta non in fundo, sed ad latera vteri, facta infertia; præbere etiam potest ligamentorum in alterutro latere debilitas. Huius speciei signa sunt abdomen in medium apicem non prominens, sed subcomplanatum, depressione obliquâ longitudinali, ast non mediâ sectum cuim tumore a depressionis linea binc inde gemino; protuberantia dura a muliere in alterutro abdominis laterale, a primis grauiditatis mensibus persentita, semper augescens, fixa, ventre reliquo magis dolorifica; motiones foetus in latere, obliquitati opposito, manifestiores, crebriores; quandoque extremitatum eius lateris, cui moles vteri incumbit, stupor, claudicatio, varices, tumor glandularum inguinalium, femoris in ipso partu cruciatus, et similia; orificio vteri solito altius, difficile attingendum, margine inferiori tantum explorandum, latus, obliquitati oppositum, respiciens; virina difficultas plus minus magna; partus difficilis, tardigradus, doloribus spuriis crebrioribus, vehementioribus, stipatus; caput foetus vaginae vtero transuersim actum peluimque decussans, vertice ossibus pubis, ilii, nec non ischii, si in pelvis cavitatem decidat caput, obuerso appellente; liquoris amnii vesica oblonga, gracilis, botuliformis, iusto citius rumpenda, subsequente assiduo aquarum stillicidio; funiculi excentria quandoque contingens; brachium facile procidens, vltiore capitis descensum omnimodo impediens; collum denique in vaginam depresso, extensum, eam citiori foetus morte: malum non inhibet decubitus affidius in partem obliquitati oppositam, experientia teste. Circa ea, quae in hac hysteroloxiae specie peragenda sunt, vide Deventer, Levet, Roederer, aliosque.

4. *Hysteroloxia citra grauiditatem; lateralis vteri, non graudi, inclinatio, seu obliquitas Ruyshii obs.* XCVIII. In*li*

naison latrante de la matrice; ou obliquité de la matrice sans grossesse.

Nonnumquam exploratione comperit *Ruyshius*, citra gravitudinem in latus hoc, vel illud, torqueri utrum, a situ naturali aberrantem in viuentibus, quae dolorem hypogastrum, continuum mingendi desiderium, et tenesimum frequentissimum querebantur. In cadavere autem utrum in latus sinistrum inclinatum semel vidit. Hanc natuam positurae mutationem a praua conformatioe oriri quandoque; neque semper accusandam esse gravitudinem, cum ipso credi potest.

LIX. PAR ORCHIDIVM; *Testiculorum superior defensus vel retractio* Felic Plateri Mantiss. Obseru.; Ambr. Parae Lib. VII; Thom. Bartholini Hist. Anat.; Morgagni Advers. IV; Dionis Oper. de Chirurg. Dem. IV; Quelmalzii inter Halleri Disput. Anatom. Tom. V. Dissert. I; Verdier sur la hernie de la vessie Mem. de l' Acad. R. de Chir. Tom. II; *Déplacement des testicules; testicules dans le ventre, dans l'aïne, près de l'aïne; retraction des testicules, intrusion des testicules.* [Wrisberg pr. de testiculor. superiori defensu ex abdomine, Goett. 1774. 4.]

Est testiculi unius, vel utriusque, cuius post natuitatem fides magis naturalis scrotum est, situs in alienum aberrans; quam situs natui mutationem cognoscet scrota exploratione, testiculo hinc, vel utrumque, vacui, nec non sede, quam ambo, vel alteruter, occupant: porro vel serius descendens testiculus hic, ille, aut uterque, nunc abdomine occultatur, nullibz conspicuus, nunc in annulis extuberat, nunc infra haeret ipsis proximus, vel natuum iam nactus locum, viam emensam remeat, ad annulos retractus, aut intropressus.

I. *Parorchidium a sero defensu; superior testiculorum defensus* Fel. Plateri, Paraei, Thom. Bartholini, Dionis, Morgagni, Quelmalzii, Verdier loc. cit.; *Testicules dans le ventre, dans l'aïne; près de l'aïne; descente tardive des testicules.* L.

Variat trifariam haec species; vel enim abdominis cauo delitescant testiculi, nulla sui praebentes indicia; vel in annulis

monticulorum instar extuberant; vel ipsis proxime subiacent magis adhuc prominentes. Huius speciei signa sunt defectus testiculi vnius, vel vtriusque in scroto, in quod nusquam antea penitus prouolutus est, nec non ipsis praesentia in variis locis, modo memoratis. Notabis, varietatem huius speciei secundam cum dolore esse saepe coniunctam, et a testiculorum defectu disterminari. Testiculi quandoque, vbi semel inuenti sunt, ibi reflitani; vtplurimi tamen temporis successu, etiam non raro statim a natuitate, in scrotum descendunt, patriis laribus valedicentes. Si diutius post natuitatem hunc suum descensum morentur, commotionem in ipsis excitant vtplurimum pubertas adueniens, faltus validus, venus praematura, et similia. Varietas prima naturae committenda est; secundae competunt applicata emollientia; tertiam decet exspectatio. Caeu, ne annuli abdominalis per testiculi descensum dilatati apertura patentior herniae viam subternat. Caeu etiam, ne protuberantiae, in varietate secundâ et tertiatâ ad annulos obseruabili, subligaculum apponas et emplastra roborantia, herniam male accusans: quod si iam ab imperito chirurgo factum inuenias serius vocatus, praesto tibi sunt remedia tum externa, tum interna, quibus inflammatio immensis, aut facta depellitur, et lenitur dolor.

2. *Parorchidium a retraktione; testiculorum retractio;*
Suberini, apud Solenandrum sect. IV. conf. 18. Quelmaltzii
loc. cit. Retraction des testicules. L.

Retractioni testiculi vnius, aut vtriusque, ex scroto in inguina ansam praebet calculus renum ac vesicae, incessus ciratione in iis, qui itineribus instituendis minus affuefacti, humum celeriori pede statim fignant, vrina nisu magno ac diutius prohibita, cet. Retractionem testium ab hac ultima causa in puerulo vidit Quelmaltzii stipatam doloribus exquisitissimis, scroto tantâ contractione, ut nullum adfuisse crederes, protuberantia in inguinibus durâ, dolente, a testiculis efformata, tandem incessus impotentia, quam emollientibus applicatis, et prae scriptis antispasmodicis curauit. Retractionem testium a celeriori gressu, ut praesentem quies sanat, ita futuram prae cauet incessus primum moderatior. Quoad primam varietatem, vide *Calculi therapeiam.*

T

3. *Parorchidium ab intropressione; testiculorum in inguen intrusio Solenandri Conf. sect. IV. cons. 18. Intrusion des testicules dans l'aine; intropression des testicules. L.*

Pueri subinde manuum tractatione nunc hunc, nunc utrumque testem sursum attollunt, et premendo inguini inferrunt, ut ibidem aliquamdiu inhaereat cum valetudinis ut plurimum dispendio, nisi paulo post pristinae sedi restituatur; ut omittam peritonaei relaxationem ab intrusione hace induciam, quam facile hernia dein excipit. Virum equi succussus durior contra ephippii partem anteriorem ita allisit, ut testis alter graui pressione contortus, in inguen sinistrum intruderetur, unde nullo modo reduci potuit. Superuenit ibidem tumor, dolor; grauiter per plures dies eques decubuit; tandem auge scente febre e vita excessit, priusquam institueretur sectio celotomiae similis, qua mali fanationem medentum unus promittebat; aperto cedauere inuentus testiculus sub peritonaeo inter abdominales musculos ita inhaerens, ut quasi ipsis connatus, neque adhibita etiam sectione integrâ valetudine inde auferendus videretur; vide *Solenandrum loc. cit.* Narrat auctor modo memoratus casum viri, qui a febribus diuersis curatus in testiculi retractionem incidit. Ut exclusum dimitteret testiculum, hunc magno nisu et labore manuum frictionibus exercuit; unde in parte graues dolores excitati sunt. Restituto post dies circiter 12 testiculo, cum ex cuiusdam suauo oleum terebinthinae per biduum illineret, tantus calor et dolor in ea parte excitatus est, ut ab inunctione abstinere cogeretur; abhinc testiculum illum percepit altero longiore, magis propendentem, debiliorem, flaccidum, et cremastrere resoluto non retrahendum; an hoc testiculi vitium quartam constituit parorchidii speciem?

Observatio. Hysteroxia et parorchidio non continentur omnia aberrationum genera: situm etiam natuum mutat, quin tamen abdomen in herniam eleuet, stomachus deorsum prouolutus, et in pectus actus; (ultimo hanc aberrationem herniam stomachi internam vocat *Kirschbaumius*: vide *Haller. Disp. Chir. Tom. III.*). Mutant eodem quoque modo lien, hepar, intestina; aberrat adhuc foetus in conceptibus extrauterinis; praedictorum viscerum, et aliorum, si quae sint, aberrationes, memoratas potius, quam sufficienter descriptas, au-

toptis relinquimus concutiendas, in debita genera coniiciendas,
et generico donandas charactere.

[Huc retrouersio eteri, quam vide in supplementis.]

LX. EXARTHREMA Graecorum, *Exarthrosis*, *Pararthrema* eorumd. *Luxatio*, *subluxatio*, *distorso* Heister.
Inst. Chir. Tom. I; Boerhaave aphor. comment. Tom. I;
Gorter. Chir. repurgat. cap. VI; Platner. Instit. Chirurg.
§. 1090 - 1213; *Luxation*, *entorse*, *Petit Malad. des os*,
Tom. II. *Col de Vilars* Chir. Tom. V. de *Lafaye* Princ.
de Chir. *Duverney* Malad. des os, Tom. II.

Est separatio contigui in ossium articulis diarthrosice, non
vero immobiliter, combinatis; quam cognoscet: 1º impotentia
ad motum, parti luxatae natuie competentem, partiali, vel ple-
nariâ, nec sensibilitati subiecti, dolorem a motu sibi metuentis,
tribuendâ, nec alteri morbo; 2º mutatione figurae, et posi-
ture natuarum a malâ conformatione, et ab alio morbo non
pendente; 3º dolore vario, ut plurimum obseruando, aliunde
non repetendo; 4º protuberantia ad nouam partem occupa-
tam; 5º cavitate ad partem, ab osse derelictam; 6º musculo-
rum ut plurimum tensione maiori in parte, luxationi oppositâ;
7º conuersione alterius ossis extremiti in partem, luxationi oppo-
sitam, saepius obseruandâ; 8º accurtatione, vel prolongatione,
partis luxatae, (vix sensibiliter mutatur longitudo in exarthre-
matibus incompletis;) 9º repositione nunc difficiili, difficulti-
mâ, impossibili; nunc vero facili.

Principia exarthrematis sunt violentia externa, ut ieiunus,
lapsus, saltus, nifus, cet., contractio muscularum volunta-
ria, vehementior, aut conuulsiva; muscularum eorumdem
paralysis; ligamentorum, capsularum articularium relaxatio,
debilitas, elongatio nimia, dialysis, intumescientia; collectio
synoviae lentefcentis, induratae in articulorum cauo; intu-
mescentia acetabulorum, eorumdem protuberantia a callo,
excentriâ, intus enatis; tumor glandularum mucilaginosa-
rum scirrhodeus; capitum ossis intumescentia; apostema ar-
ticulare.

Exarthrema diuiditur in simplex, compositum et complicatum, in incompletum et completum; dici etiam potest obliquum, vel directum, prout os luxatum respectu ad finum natuum obliquo modo se habet, vel merus est iuxta natum articuli directionem eius descensus. Alia caussam agnoscunt externam, internam alia; hinc specierum diuisionem ducimus.

Exarthrematis curatio sita est, 1^o in partis luxatae repositione; 2^o in eiusdem in loco nativo retentione; 3^o in symptomatum dissipatione. Primum obtinetur extensione, contra-extensione, impulsione, quae manu, mantilibus, laqueis, machinamentis, peraguntur. Repositam probe fuisse partem, cognoscere sonu obscuro, sub repositionis negotio percepto; figurae, positurae, ac longitudinis, alienarum mutatione in legitimas, ac sanas; doloris remissione, integrâ motu membra restituzione. Repositionem citissime instituendam differre cogunt partis intumescientia, inflammatio, nisi has faciat os luxatum, conuulsiones, fractura, articulo vicina. Alteri prospicitur quiete, fasciatione accuratâ, situ partis luxatae naturali. Circa bina haec puncta, plura vide apud *Auctores citatos*, quae breuitatis ergo praetermittimus. Symptomatibus occurritur modo vario, accidentium scilicet indoli accommodato.

(A.) *Exarthremata a caussa externâ.*

1. *Exarthrema; luxatio simplex; exarthremia compunctum simplex a vi externâ* Auctorum citatorum, vt Petit cap. I. Col de Vilars art. X. Duverney cap. I. cet. *Luxation complete & simple par cause externe.* D.

Variat haec species, 1^o parte luxata, quae nunc est humerus, nunc carpus, digiti, femur, maxilla inferior, cet; 2^o regione luxationis, quae modo fit superne vel inferne, modo introrsum, aut extrorsum: debetur violentiae externae; subito accidit, et fere semper non, nisi in enarthrofibis, aut arthrodiiis, vix in gynglimis; his adde signa generica 1, 2, 4, 5, 6, 7, 8; dolorem viuidum in instanti, quo luxatio fit, et diu post eam factam, motum versus unam partem minus diffi-

cilem quam versus alteram, et repositionem aegre obtinendam. Signa specialiora pro parte variâ, complèta, luxatâ, obseruanda legantur apud autores citatos. Curatur haec species repositione, splenio simplici resoluentibus madido, quiete, situ partis naturali, et fasciatione plus, minus, firmâ pro luxationis renouandae periculo; partis intumescentiae, dolori, febri, si superuenerint, obuiam itur per venae sectiones, narcotica, cet.

2. *Exarthrema subluxatio simplex; Exarthrema incompletum simplex, constans, a vi externâ Auditorum, vt Petit, Col de Vilars, Duverney loc. citat. Luxation incomplete & simple par cause externe. B.*

Variat vt praecedens huiuscmodi species; 1^o parte luxatâ; 2^o luxationis regione; violentiam externam pro caussâ pariter agnoscit; subito fit; vix alia obseruatur in ginglymis; locum etiam habet, sed rarius, in enarthrosibus et arthroïs; his addit signa generica 4, 5, 6, 7, nec non impotentiam ad motum versus partem quamcumque aequalem, dolorem vividiorem, maiorem articuli protuberantiam, vix mutatam natuam membra longitudinem, repositionem caeteris paribus minus difficultem, quam in praecedenti. Curatio intelligitur ex prima specie.

3. *Exarthrema distorsio; Exarthrema incompletum instantaneum a vi externâ Auditorum, vt Petit Tom. II. cap. 14. Duverney Tom. II. cap. 5. cet. Entorse. B.*

Fugacissimum hocce exarthrema derepente fit, et a violentiâ externâ dicit originem: cadit in enarthroses, arthroïdias, et ginglymos; cognoscitur dolore acuto, intumescentia articuli calidâ, difficultate ad motum statim exiguâ quandoque, mox magnâ, ossis capite locum natuam retinente, atque ita immutatâ membra figurâ, ac positurâ. Inchoari debet curatio per repercutientia statim a facili distorsione tantum applicanda; quae si non sufficiant, aut malo non satis recenti applicari nequeant, praefidio erunt quies debita, diaeta tenuior, venae sectiones iteratae, clysinata, topica varia, ex emollientium scilicet, laxantium, anodynorum familiâ deponpta, si vrgeat dolor et inflammatio; ex resoluentium vero primo mitiorum, dein potentiorum, genere eruta, si modico gradu

vigeant dicta symptomata: tonicis spirituosis, soluentibus aquis et lutis thermalibus claudenda curatio.

4. *Exarthrema complicatum; luxatio complicata a vi extērnā* Auctōrum supra citatorum; *Luxatione compliquata par cause externe*. D.

Variat haec species parte luxatā, et luxationis regione; accidentia cum quibus complicari potest exarthrema' hocce, sunt vulnus, fractura, ecchymoma, conuulsiō, paralysis, inflammatio, apostema, gangraena, strepitus, cet. Pendet haec species a vi extērnā; subito fit: signa prae se fert exarthrematum ¹, et ², prout completum, vel incompletum est: his adduntur signa, affectibus complicatis propria, alibi legenda: curatio ex speciebus ¹, et ², nec non ex peculiari accidentium memoratorum therapeiā intelligitur. Longius excurreret haec species, si vitium singulum exarthremati mixtum peculiaris hic loci maneret curatio, quam idcirco ab auctoribus, sub genere allegatis, peti volumus.

(B) *Exarthremata a cauffa internd.*

5. *Exarthrema a conuulsione; Luxatio a muscularum contractione conuulsiūd, vel spasmodicā Auctōrum*, vt Petit, Col de Vilars, la Faye, Duverney, cet. *Luxatione caufée par la convulsion*. D.

Variat haec species parte luxatā, et luxationis regione. Exarthrema hocce in nullam aliam caussam refundendum praecedunt, atque inducunt, validae conuulsiones, spasmi, crampi, quibus caput ossis ex acetabulo expellitur. Dolorificum est cum incipit, dum fit, et cum factum est; difficillime reponitur, extenſionibus ad repositionem necessariis sumnum, quo excruciat, dolorem adhuc augmentibus; his adde signa genericā, atque ossis obliquitatem. Indicationes curatoriae sunt caput ossis reponere, repositum in acetabulo firmare, et interim conuulsioni occurrere, quod pro varietate cauffarum, quibus ea natales debet, modo vario perficitur. Vide *morbos conuulsiuos*.

Ex hac specie intelligitur exarthrema, quod debetur contractioni muscularum, voluntariae quidem, ast vehemen-

tiori; sic oscitatione maiori luxari potest maxilla inferior, cet.
Patet curatio ex specie primâ.

6. *Exarthrema a paralyse; luxatio a muscularorum paralyse*
Auctorum, vt Duverney, cet. *Luxation causée par la paralysie*. L.

Variat haec species parte luxatâ, simplicitate, cum nempe solitaria est paralyse, luxationem excitans; et complicatione, quando nimis paralyse miscetur ligamentorum laxitas; signis genericis 1°, et 2°, adde partis emaciationem, dolorem ut plurimum leuem, repositionem facilem; difficultem partis repositae, sponte, nisi detineatur, statim iterum luxandae contentionem, adhibitâ etiam legitimâ fasciatione; directum membra descensum, ipsis longitudinem maiorem, caput ossis in suo acetabulo vacillans, ab eo recedens, et spatium vacuum inter seipsum, atque acetabulum relinquens, maiorem nullam muscularum tensionem in una parte, quam in alterâ, nullam pariter alterius ossis extremiti conuersionem in partem determinatam. Varietas solitaria et varietas complicata gradus tantum inter se differunt. Celebratâ repositione, et iniectâ accuratâ fasciatione, paralyse remediis congruis ex morborum paralyticorum therapeiâ petendis est oppugnanda. Vide Duverney: his addenda venit speciei subsequentis curatio.

7. *Exarthrema a desnochaunois; luxatio a sero ligamentorum laxitate* Auctorum, vt Duverney, cet. *Luxation par le relâchement des ligaments*. L.

Variat haec species parte luxatâ: pendet a sero luxurianti, et ligamenta laxante citra muscularum paralyse; gradarie fit; exulat partis emaciatio; adiunt cum signis n°. 1, 2, 4, 5, 6, 7, memoratis dolor, intumescentia articuli, accuratio membra: non minorem vim exigit ad sui repositionem, quam quae fit a caussa externâ, et fasciatione validiori indiget, vt debite continetur: reducta pars natuam sedem, etiam absque fasciatione, seruat, quanidu quiescit, motu edito statim luxanda. Curatur repositione, fasciatione accuratâ, hydrogogis, sudorificis, laconico, diureticis, topicis spirituosis, aromaticis, stimulantibus, aquis ac lulis thermalibus, vapore alcoholis accensi, suffitibus aromaticis, tonicis, vesicatoriis, diaeta exsiccante, diaphoretica, diuretica.

Hinc intelligitur exarthrema, a ligamentorum debilitate, morbos diuturniores excipiente, stimulantibus analecticis, spiritoſis, vnguentibus mercurialibus post repositionem et fasciationem debitam curandum; intelligitur etiam exarthrema a ligamentorum diabroſi, per materiam purulentam facta, fofoleſcens, quod sanationem vix videtur posſe admittere; neque obſcurum eſt exarthrema, quod ligamentorum debilitati, nimiam ipſorum elongationem excipienti, natales debet.

8. *Exarthrema a deſinophlogia; luxatio a phlogodeū ligamentorum intumefientiā Duverney loc. cit. pag. 21. 60 et 63. Luxation par le gonflement des ligemens. L.*

Locum habet ex Duverney in femorum ac genuinū ligamentis, quae vñplurimum per defluxionē aut decubitū intumefacta, cauum articuli implent, et caput ossis extrudunt cum dolore intenso, sub singulā articuli motione augendo, cum articuli prominentia maiori, partis inſifferentia ad motus in ſenſum quemicumque exercendos, eiusdem inflammatiōne, variisque aliis ſympotatibus. Curatur auxiliis anti-phlogiſticis, celeriter adhibitis, phlebotomiā praeſertim, topi- cis emollientibus, anodynīs; quibus dolore ſedato ſuccedent reſoluentia: his adiungi debent epipaſtīca, et cauteria, ad maiorem reuelionem impetrāndam.

9. *Exarthrema paſtaceum; luxatio a synouiae tentefientis copiā Auctorum citatorum; Luxation par l'abondance de la sy- nouie. L.*

Variat in hac ſpecie pars luxata; a synouia ſpiffiori et ex- ſuperante, non vero copioſiori, aſt tenui ac ferofiori, quae ſpeciem septimam potius produceret, extruditur caput ossis, quod licet ad acetabuli margines et ultra, repositione tentatā, de facili admoueas, nusquam tamen in huius cauum intrudere penitus poteris, reſiſtentiam perficiens insuperabilem, et ſtrepitum audiens, qualem edit argilla mollior pinsata; exulat dolor; eminent articulus in omnes ſenſus, qui nativē ipſi com- petunt, mouendus; in ginglymis direclus fit deſcensus, ac pro- longatio, praeſentibus signis genericis 1, 2, 4, 5; abſentibus vero 6, et 7; in arthrodiis autem et enarthroſibus eleuatur os, ac decurſatur membrum, vigentibus signis genericis 1, 2, 4, 5, 6, 7. Curatur haec ſpecies, 1° repositione, quā quantum fieri

potest in acetabuli cauum caput ossis intruditur; 2º fasciatione validâ, caput idem in caui fundum' vrgente, vt synouia ad circumferentiam expressa, et sic magis externa facta melius patet actioni topicorum soluentium ac discutientium, parti imponendorum; 3º agitatione diurnâ capitis ossis in suo acetabulo, sub singulis deligationibus praestandâ; vt scilicet velut pistillo synouia conquassetur, attenuetur, et sic perspirationi, aut resorptui, idonea reddatur.

Hinc intelliges hoc exarthrema, quod ictum, lapsum, in articulum validiores, serius excipit, a synouiae lentescentis collectione potissimum pendens; scilicet nullâ factâ ictus, aut lapsus, tempore luxatione, impulso tantum violentius ossis capite in acetabulum, contunduntur partes, intra ipsum hospitantes, subsequente obstrunctione, inflammatione, apostemate, et in primis synouiae coaceruatione, quâ, laxatis ligamentis, distensa capsula, temporis successu ossis caput tandem extruditur; casus hic mature dignoscendus est, vt nempe praeuertatur luxatio; postquam contigit, nullâ arte tollenda. Vide *Auctores citatos*, et *Petitum* in primis de la luxation de la cuisse à la suite d'une chute sur le grand trochanter.

10. *Exarthrema tophaceum; Luxatio a synouiae concretione Col de Vilars, Duverney, cet. Luxation par la concrétion de la synovie. L.*

Variat haec species parte luxatâ; obseruatur in rheumatismo articulari, et arthritide; cognoscitur tardigrado mali incessu, doloris absentiâ; repositione impossibili, quamuis ad tophum usque satis facile adducatur ossis caput; strepitu, quem edit corpus solidum percussum, percepto, dum tentatur reposito; eminentia articuli, mobilitate eiusdem in omnes sensus, qui natuë ipsi competitunt. Vix, ac ne vix quidem, fascinationem admittit haec species: tentari tamen possunt, vt repositioni via sternatur, medicamenta varia, quae materiem concretam emolliunt, soluunt, ac ligamenta et tendines roborant. Vide *Duverney de l'Ankylose*, Tom. II. pag. 350.

Hinc elucescit diagnosis ac curatio, si quae fit, exarthrematis a callo, in acetabuli cauitate genito, ab excrescentia ibidem enata, ab intumescentia glandularum eiusdem mucilaginosarum scirrhosâ: intelligitur etiam exarthrema a tophacea.

ligamentorum induratione, quae memorata admittit medicis
mentorum genera. Vide Duverney Tom. I. cap. I.

II. Exarthrema exostosicum; luxatio a capitulo ossis et ace-
tabulorum intumescentia Petit, Col de Vilars, Lafaye, Du-
verney, cet. Luxation par le gonflement des têtes et des cavi-
tés des os. L.

Variat haec species: os luxato, parte intumefacta, quae
nunc os caput tantum, nunc acetabulum dumtaxat, nunc
vero utrumque est; nec non caussa memorata intumescen-
tiā, et exinde luxationem inducente, quae modo virulenta
est, nimurum rachitica, scrophulosa, syphilitica; modo au-
tem simplex, ut vita in locis virginosis, paludosis; minera-
rum plumbi, mercurii, fodicatio. Cognoscitur hoc exar-
threma visu et tactu; scilicet capita ossium intumescere, ipso-
rum acetabula magis patere, complanari, deleri, et inter-
utraque congruam exulare proportionem, sensim percipitur;
hinc tardigrade increscens mirum in modum tandem prominet
articulus, vix tamen mutata ut plurimum, ob rarissimam ex-
arthrematis huiusce completionem, membra figurā; caussarum
varietati accommodanda venit curatio, in casu incompleto quan-
doque impetranda. Intumescentia rachitica remediis rachitidi;
scrophulosa vero remediis scrophulac appropriatis impugnanda
venit; syphiliticae competunt vñctiones mercuriales; aëre
ficcō, calido, regime simili, hydragogis, et aquis praeser-
tim thermalibus depellere convenit intumescentiam, quam
loca virginosa, paludosa fecere; minerarum fossoribus litum
mercuriale proficuum esse posse, ex eo concludit Petit, quod
inauratore, intumescentia ossium a mercurio inducta, et
cum exarthrete fere completo, exinde enato, coniuncta, la-
borantem hydrargyri ope sanauerit.

Nota. Exarthrema hereditarium, vel a praua conforma-
tionē, ex utero allata, post natuitatem inductum consulto omit-
timus, ex memoratis speciebus intelligendum. Vide Col de
Vilars et Andri *Orithopédie*.

[His speciebus et varietatibus adiungo, alias a sede,
omissas:

12. maxillare. Luxatio maxillae inferioris, antrorum
fœcia: ovis apertura perseuerante stipata.

13. *ceruicale*. Luxatio atlantis ab epistrophaeo, dextrorum, sinistrorum, retrorum, et sub processus epistrophaci odontoidei fractura, et antrorum. *Completa* letalis, caute, monente b. *Ludwigio* in denatis definienda, *incompleta* paralyfi artuum superiorum, capitis vacillatione, sifatur.

14. *vertebrale*, in omne latus: paralysis inferiorum, vesicae, recti, huiusque sequelae. *Completa* letalis. *Incompleta* fanabilis.

15. *costale*. Mobilitas insolita maxime parte posteriori costae. In infantibus etiam sponte obuenit, seu a principio interno, acrimonia: vidi.

16. *claviculare*.

17. *humerale*.

18. *vlnare*.

19. *radiale*.

20. *carpiale*.

21. *metacarpiale*.

22. *digitale*.

23. *femorale*.

24. *patelare*.

25. *tibiale*.

26. *talare*.

27. *tarsale*. vid. script. chir. de his fatis frequentibus.

LXI. DIASTASIS Graecorum; ossium recessus Latinorum;

Petit Tom. II. chap. 8. et 13. La Faye Princ. de Chirurg.

pag. 474. Duverney Tom. II. chap. 1. et 5. Diaftase, écartement des os;

Est ossium, cartilaginum immobiliter combinatorum, seu per raphen, harmoniam, synostochondrium, synchondrosin, vnitorum, aut per syndesmosin, sensibiliter immobilem, connexorum separatio, seu recessus ab inuicem, partialis, vel totalis: quem cognosces 1° spatio vacuo inter partes combinatas, symphysi absque medio, vel symphysi cartilaginea, aut ligamentosa subimmobili (si fractura vel ruptio adfuerint) obseruando, vel spatio non quidem vacuo, ast natuum superante inter partes synchondros, vel syndesmosi immobili con-

nexas, si exulant fractura, aut ruptio, pariter obseriabili; 2º mutatione positurae, in dictis partibus ad inuicem, obliquitatem respectiuam, situm relatiuum alienum, ipsis inducens; 3º doloris praesentia, sic recessus subito, aut saltem prompte fiat; eiusdem vero absentia, si sensim ac fine sensu contigerit.

Diaftasis nunc simplex est, nunc vero complicata cum fracturā, inflammatione, cet.

Principia diaftaeos sunt violentia externa, vt ictus, lapsus, cet., hydrocephalus, polypus narium, grauiditas; protuberantiae quaevis introrsum enatae, ossa vnta extrorsum agentes; partus, syphilis inueterata, scorbutus, inaequale cartilaginum, ossa nechtentium, incrementum, pondus partium, symphysin hinc trahens, pressio, situs, latus ossium vnitorum alterum assidue vrgentia, conflans muscularum nonnullorum hypertonia. Diaftases ergo aliae fiunt a cauffa externā, aliae vero ab internā; hinc fluit specierum diuifio.

(A) *Diaftases a cauffa externā.*

I. *Diaftasis violenta; luxatio, diaftasis symphysum cum vel sine medio a cauffa externā.* Auctorum, vt Petit, *Col de Vilars*, Tom. V. pag. 227. Duverney; *Diaftase ou écartement des os par cause externe.* B.

Variat haec diaftasis symphyseos separatae specie, quae nunc est raphica, nunc harmonica, nunc synosteocondrica, modo synchondrosica, modo syndesmosica subimmobilis. Violentia quaevis externa, vt ictus, lapsus, cet., huicce osteoparopatiae ansam praebet: huius exempla fistunt suturae crani, ossa nasi quadrata, per vim externam separata, coccyx, appendix xiphoida per ictum, lapsum, introrsum luxata, fibula inter incedendum a tibiā violenter recedens, cet. Diagnosin habeto ex signis genericis, et cauffa allegatā. Varietas huiusc speciei raphica in puerulis citra fracturam locū habere potest; in adultis cum fracturā semper complicatur; hanc a diaftasi secundā potissimum distinguunt dolor, et cauffa procataractica; neque inter varietatem harmonicam, et diaftasin tertiam aliud discriminis intercedit, nec non varietatem inter synosteocondricam, et diaftasin quartam. Varietas syno-

steochondrica nunc complicatur cum fracturâ cartilaginis, nunc vero citra fracturam huiuscmodi euenit: in hoc vltimo casu, si pessumdetur cartilaginis et ligamentorum elater, constans est in symphysi recessus; si vero salu remaneat eorumdem elasticitas, recessus est instantaneus, partium durarum synchondrofi unitarum vera distorsio dicendus: vide *Diaftasis sextam*. In fibula locum habet varietas syndesmosica; in hanc cadunt quaecumque de synchondrosica modo diximus, si cartilaginis, hic loci deficientis, fracturam demas. Curatio sita est in partium semotarum approximatione, ac restitutione, in eaquidem fasciatione, tandem in symptomatum ablatione: quae omnia ex exarthrematis speciebus a causa externâ induitis satis intelliguntur. Vide *auctores citatos*.

(B) *Diaftasis a cauffâ interna.*

2. *Diaftasis raphica; diaftasis, seu recessus suturârum cranii Auditorum, vt Duverney, cet. Ecartement des sutures.* L.

Adoritur haec species puerulos, hydrocephalo interno labortantes: pendet a sero collecto, mollia craniî ossa separante: cognoscitur charactere generico, symphyseos ossium separatarum specie, et signis hydrocephali, cuius prognosia sequitur, ac therapeiam admittit. Si hydrocephali tollendi aliqua daretur ratio, locus esset gradariae ossium separatorum approximatiōni, et fasciationi congruae in dies sensim stringendae.

3. *Diaftasis harmonica; diaftasis ossium nasi Levret Obs. sur les polypes; Ecartement des harmonies.* L. Sagar. Sp. 2.

Huiusc speciei varietatem a polypo narium inductam refert *Levret*: in è ossa nasi quadrata per polypum, sensim incrementem, extrorsum acta, atque ab inuicem separata fuerant; diagnosis varietatis Levretianae eruitur ex charactere generico, ex symphyseos ossium separatorum specie, et ex polypi praesentiâ. Indicationes curatoriae sunt: polypum tollere, (Vide *Levret loc. cit.*) ossa separata approximare, restituere, ac firmare; hinc erue diaftascon harmonicarum aliarum diagonis, ac therapeiam.

4. *Diastasis synosteochoondrica; diastasis cartilaginis va-*
vium Levret obs. sur les polypes, pag. 246. Ecartement des
synosteochoondres. L.

Huiusce diastaseos varietas a polypo narium facta apud laudatum auctorem etiam legitur; cartilagine nempe narium per hancce excrescentiam e suo loco deieclâ. Notabis symphyse, quâ os et cartilago, non vero ossa, ad inuicem ope cartilaginis intermediae vniuntur, nobis sub nomine synosteochoondrii venire, quod quartam sifit symphyseos absque medio speciem. Characler genericus, symphyseos partis affectae species, et polypus synosteochoondricam Levretti diastasi indigitant. Curatio ex specie praecedenti intelligitur. Diaftasis cartilaginis xiphoideae a cauffa internâ facta aliam speciei huiuscemodi varietatem subministrat.

5. *Diastasis epiphysica; Diastasis epiphysium Duverney*
Tom. II. cap. i. pag. 9. Séparation des épiphyses. L.

Epiphyses, quamvis in subiectis iunioribus ope cartilaginis intermediae cum osse reliquo vnitae sint, ab eo tamen absque fractura separari possunt. Observatur in scorbuto, et in syphilitide inueterata. Signa diagnostica eruuntur ex characlere generico, vacillatione epiphysion fracturam mentiente, et affectuum memoratorum praesentia. Indicantur remedia syphilidis et scorbuti, epiphysion separatarum ad os reliquum appressio, et fasciatio debita.

6. *Diastasis synchondroscia; Diastasis synchondroseon Fabr.*
Hildan. centur. VI. obs. 39; Puzos des Accouchemens, p. 7;
Duverney loc. modo citat. Diastase, ou écartement des syn-
chondroses.

Locum habet haec species in ossibus pubis, in ossibus ileis et sacro, in coccyge; sit a vi internâ distendente, et ossa huiuscemodi, synchondrosi vnta, ab inuicem remouente; observatur etiam in vertebrarum corporibus, si nempe cartilago intermedia magis increscens in uno latere, quam in altero vice cunei fungatur, quâ hinc magis ab inuicem recedant vertebrarum corpora. Curatio obtinetur sublatâ vi internâ distendente, ossium diffitorum factâ approximatione, et iniectâ congrua fasciatione. Ex gibbositatibus genere petantur auxilia, in incremento cartilaginis inaequali usurpanda.

7. *maxillaris.* in infantibus maxime.

8. *hyoidalis.* cornuum ossis hyoides recessus.

9. *xiphoidalis.* Intro extroue flectitur cartilago xiphoides. Dolor ad epigastrum, vomitus chronicus, digestio laesa, palpus definiunt.

10. *fibularis.]*

LXII. LOXARTHRS; *Peruersio capitis ossium ac musculorum appensorum Duverney Tom. II. cap. 2. Artus vari Duverney Tom. II. cap. 3. Gibbositas scapularis Autorum; Perversion de la tête des os & des muscles; membres bots, bosse scapulaire, ou poitrine allée. Aegri bancroches.*

Est ossium, cum motu sensibili articulatorum, situs relatus in alienum constanter mutatus, aut obliquitas respectiva, persistens citra exarthrema et spasmum. Caput ossis natuum acetabulum seruat, nec definit acetabulum caput ossis, sibi dicati, excipere; mutatur constanter in peregrinam directionem nativa, quâ sibi respondent ossa mobiliter combinata, quin contractioni spasmodicae hoc veniat tribuendum; exulant itaque ab loxarthri genere exarthrema et spasmus; vna peccat ossium positura respectiva, et coincidentia nativa, quae, in alias mutatae, permanent.

Principia loxarthri sunt: peruersio situs nativi ossium, et positurae nativae muscularum appensorum, post motus varios vehementiores; cartilaginis, acetabulum, vel ossis caput, obdacentis, incrementum maius in uno latere, quam in altero; partialis acetabuli, vel capitatis ossis, exostosis; materies tophacea, articuli cauum integrum occupans inaequaliter, vel tantum lateralem eius partem, citra ankylosin; tensio muscularum et ligamentorum maior in uno articuli latere, quam in alio; quam inducere valent vitium hereditarium, malus situs in utero, obstetrix, ossa infantis rudius traclans, mala fasciatio, pressio validior inter brachia, dum circumfertur infans, prauus situs diuturnior, et alia bene multa.

1. *Loxarthrus peruerſius; peruerſio capitum ossis et musculorum appenſorum Duverney Tom. II. chap. 2. Perverſion de la tête des os, & des muscles. L.*

Contingit nonnumquam, ut brachium verbi gratiā, in varios sensus validissime motum, moueri iam prorsus nequeat; quia scilicet mutatur fitus ossis nativus, et nativa muscularum appenſorum positura, reuoluto in sui cauitate ossis capite, et ita constitutis brachii musculis, ut iam edendis, quibus dicati sunt, motibus, fiant impares; nisi natuum in situm celeriter reponantur os et musculi brachii, motui praeceps imminent ruina. Omnem paginam adimplent: 1º prompta capitis, in acetabulo, reuoluti restitutio, excitatis nimirum motibus variis, in sensum in primis huic opossum, sub quo contingit memorata peruerſio; 2º fasciatio debita, non minori diligentia hic loci inicienda, quam si exarthremate incompleto brachium fuisset tentatum.

2. *Loxarthrus anisotonicus; artuum, maxillae inferioris deflexio ab inaequali muscularum, ac ligamentorum tensione Duverney Tom. II. cap. 3. Vari, valgi, compernes, brachia vara, maxillae inferioris tortura Latinorum; Pieds bots, bras tournés, machoire de travers. L.*

Variat haec species parte affecta; nunc enim pedes extro, vel intro, flectuntur, nunc genua, modo cubitus, modo maxilla inferior; patet diagnosis ex charactere generico, partibus, intro vel extro flexis, nec non cauſa allegata; crescit malum in pueris, dum leuaminis gratiā artus deflexos in partem vulgo detorquent, quam maior muscularum et ligamentorum tensio occupat. Curatio tota sita est in vſu machinamentorum, ut ocrearum, et similiūm instrumentorum, quibus ad situm natuum respiciuum ossa leniter adducuntur, et in eo continentur, ac firmantur; caue, hanc speciem pro lordosi vendas; huic pertinent constans capitū in latus alterutrum detorsio, inclinatio, reclinatio a tono muscularum, huic praeuelente, inducēt, nisi mavis ad obſtipitatis genus amandare.

3. *Loxarthrus gibbosus; gibbositas scapularis, seu alata Auctorum; Bosse scapulaire, poitrine arrête. L.*

Ista species intelligitur ex praecedenti, qua cum secundum caussam conuenit, discrepans tantum parte affecta. Vide gibbositatem scapularem, seu alatam.

4. *Loxarthrus intrarticulare*; artuum deflexio a mutata partialiter superficerum articulatarum libella; valgi, vari, compernes, brachia vara, maxillae inferioris tortura Latinorum; Pieds bots, bras tournés, machoire de travers. L.

Affinis est speciei 2^{ae} loxarthrus huiuscemodi, artuum, maxillae inferioris, deflexionem sub se pariter recipiens; differt vero quoad caussam, quae in ista specie in cavitate articuli haeret; in 2^a vero extra ipsam constituta est. Partialiter mutatur acetabulorum, vel capitis ossium, libella nativa, si 1^o cartilago, dictas partes obducens, magis crescit in uno latere, quam in altero; 2^o si in acetabulo, aut in ossis capite hinc affurgat exostosis; 3^o si in ossibus bino acetabulo excipiendis, ut est maxilla inferior, aut in ossibus unico acetabulo, ast duplice cavitate instruendo exceptis, ut sunt ginglymi duplicati, matres tophacea in illis acetabulum alterum, aut in ipsis unius acetabuli cavitatem, teneat; vel si in ossibus uniacetabularibus superficiem acetabuli omnem tegat lamina tophacea, hinc crassior, aut lateralem tantum ipsius partem, exulante vbiique ankylosi. Variat itaque loxarthrus hicce pro lordosi nomine venditandus, et parte affecta, et principio proëgumeno. Huius diagnosin habeto ex charaktere generico, partibus affectis, et causa allegata varia. Ex causa loxarthri, huiusc varietatem primam inducente, de facili colligitur, quid loxarthri secundi therapeiae, quae memoratae varietati competit, veniat addendum. Varietates huiusc speciei exostofica et tophacea, exarthrematum exostofici et tophacei curationem admittunt, additis suo tempore, si pristina redeat superficiebus articulatis libella, machinamentis congruis pro partibus elongatis adducendis, sustentandis, et articulo coercendo, firmando.

Nota. Ad hunc ordinem referri etiam possunt lordos et gibbositas; quae genera sub alio ordine militare iussit classeon huiuscemodi auctor clarissimus. Haec sunt varia procidentiarum, herniarum, aberrationum, et osteoparatiarum genera, quae a nobis delibata potius, quam pro rei dignitate traducta fuisse vltro fatemur; fuisse ea prosequi yetabat instituti ratio

quae suis classibus praefixit Professor celeberrimus. [Huc pertinet ectopia muscularum, q. v. in suppl.] Satis fit morborum ectoporum genera legitime constructa genuino charactere, aetiological experientiae innixa donasse, species varias, sub generibus singulis militantes, collegisse, nominasse, distinguisse; tandem indicationes curatorias genericas, specificas vbi que, quantum oportuit, ac licuit, proposuisse, non neglegentia interim prognosi, atque aetiological peculiariis: quae quidem si pressiori sermone semper, compendiosius et raptim nonnumquam praestitimus, id nobis excusationis fidem facit, quod sub generibus omnibus, sub singula specie auctores allegauimus, e quibus cuique fas sit meliora prolatis depromere.

ORDO SEPTIMVS.

PLAGAE.

SVNT solutiones continui; illae vero vel sunt in partibus carneis, vt vulnus, vlcus, vel in ossibus, vt fractura, caries. Rursum aliae sunt a caussis mechanicis, vt instrumenti scindentis, pungentis, contundentis, impetu in corpus humanum, aut reciproce corporis nostri in haec instrumenta impetu, vnde tenacitas partium superatur, vt in vulnera, fractura; vel hae solutiones sunt a caussa physica erodente, dissolvente, vt accidit in vlcere, carie. Hinc quadruplex plagarum partitio.

LXIII. VULNVS; *bleffure.*

Est solutio, mechanica, continua in carnibus cum labiorum hiatu, initio cruenta, dein ad inflammationem suppurationemque tendens.

Differt a punctura per hiatum labiorum, ab vlcere per caussam mechanicam, vt vim instrumenti secantis. [Quod solutio mechanica, seu caussa mechanica sit, non, nisi relatu auctorum patet; nec de caussa sermo esse debet, indicante ipso auctore. Fatendum est, non facile definiri vulnus, quod cuique patet praesens: monendum etiam, aliam definitionem dare chirurgos, quo sum haec spequat, aliam medicos forenes,

qui quamcumque corporis laesionem, eamque absconditam etiam, vulnus dicunt.]

Fibrae et membranae corporis, cutis potissimum, magna vi tenacitatis inuicem cohaerent, vt patet ex immensis ponderibus, quae a loramento cutis citra rupturam sustinentur: vide *Haemastatique Experience 22*. Vis, eà tenacitate maior, requiritur ad vulnus infligendum, quae ope instrumenti secati vni lineae applicata commodissime effectum suum consequitur: sectae vero fibrae, quae in cute sunt maxime elasticae, hinc et inde retrahuntur; hinc labiorum hiatus, vasa sanguifera secta sanguinem fundunt, cuius residuum, in vulneris vasis coagulatum, inflammationi ansam praebet, ni vulnus rite exsuctum fuerit; inde vero suppuratione cicatrice terminanda. Symptomata vulnerum sunt *dolor* in cute, nervis, tendinibus, periosteo acrior; *sanguifluxus* maior, prout arteriae ac venae plures maioresue faucentur; *hiatus* labiorum maior in vulnera transuerso, ampio, minor in longitudinali et breui; deinde *inflammatio* tumore, calore, rubore, dolore, tensione, pulsatione stipata; post paucos dies *suppuratio*, seu puris albi, inodori, blandi, exortus cum inflammationis mitigatione, hinc carnium regeneratio et cicatrix.

Vulnera simplicia hic tantum recensemus; quae vero in cavitates corporis penetrant illa sunt principia aliorum morborum, de quibus passim in aliis classibus egimus, vt haemoptyseos, orthopnoeae, asphyxiae, peripneumoniae, cet., si pulmones vulnerentur; haematemesis, cardialgiae, ascites cruentii, si abdominis viscera laedantur.

Hinc diagnosis, prognosis vulnerum varia est, nec ea sigillatim pertractare, multo minus curationem tradere, nostri instituti est. Sufficit potissimas varietates vulnerum simplicium indicasse.

1. *Vulnus simplex; Playe simple.*

Illud est, quod instrumento puro, secanti, debetur, quodque carnes tantum, non viscera, nec ossa, attingit, quod sine amputatura, sine contusione, non igniti instrumenti ope, factum est.

Illud vero, cum sanguis nullo viru inquinatus est, sponte sanatur, modo aeris accessus debita deligatione molli caueatur;

corpora peregrina ex fundo vulneris extrahantur, coagula sanguinis eluendo foras educantur; labia vulneris, si nimis pendula, ope futurae aut spleniorum, fasciarum, emplastrorum, in conuenienti situ retineantur; inflammatio, ope phlebotomiae, viclus tenuis, cataplasmatum emollientium, discutatur; sed de his legantur scripta chirurgica.

2. *Vulnus sclopetorum; Coup d'arme à feu. A.*

Est illud, quod fit mediante corpore duro a bombardis, tormentis bellicis, sclopetis, ope pulueris pyrii, exploso. His vulneribus inflictis excitatur vehementis tremor et concussio totius generis neruosi, ex qua post aliquot dies grauissima symptomata excitantur, eo vero maiora, quo partes nobiliores amplius, profundius, vulneratae sunt, quo simili ossa fracta, contusa, maiorem stragem passa sunt. Vulnera illa labia adusta, nigra, sicca, contusa, ostendunt; gangraena, stupor, animi consternatio non raro accedunt, quae omnia minus ab ambustione, quam ab impetu valido, pendent.

3. *Vulnus virulentum. C.*

Est illud, quod a morsu canis rabidi, sive summe irati, sive hydrophobi, producitur; huius sequelas vide dum de *Hydrophobia*; vel illud est, quod infligitur viru quodam affectis, ut syphiliticis, scorbuticis, leprosis, et haec vulnera in vlcera ut plurimum abeunt, quae vero hydropticis, illa in vlcera gangrenosa saepius mutantur. Sola vulnera hydrophobiam inducunt per longum tempus simplicia et pura videntur.

LXIV. PUNCTURA; *Piquure.*

Diffrat a vulnera, quod in punctum corporis tantum agat instrumentum, et sine labiorum ihatu sit solutio cutis.

Exigua est, aut nulla, sanguinis effluxio; ast pro parte puncta interna, et difficili exitu sanguinis in fundo haerentis et putrefactis, non raro grauia subsequuntur symptomata.

I. *Punctura simplex. B.*

Praecipuum symptoma dolor est, qui in cute, neruo, tendine est omnium maximus; neruus quidem est sola pars sentiens, sed cutis neruis est ditissima, unde acriter dolet; tendines vaginae neruis praeditae dolent etiam, imo stylo intra neruos adacto vidi enatos dolores atrocissimos, ast in anno-

sis subiectis ossium anaesthesia adipiscuntur. Nervis tendinibus amputatis dolor citò euaneat, ast punctis, semifilaceous dolor dirus est, et trismum, imo tetanum, excitat. In tendonibus id partim sit ob continuam distractioem fibrarum integrarum a fibris sectis, fere retrahentibus; tendines enim muscularique sunt continuo tensi, adeoque in nisu continuo ad se se decurrandum; si paucæ fibrae totius musculi nisu sustinent, eas distrahi adeoque cruciari necesse est: vnde remedio est fechio transuersatum nervi, tum tendonis; antea vero dolor balsamicis puris, non rancidis vnguentis, est deliniendus; oleum terebinthinae in hoc casu puncturae infunditur, cataplasma emollientia tumoris citò oriundo applicantur, phlebotomiis inflammatio arcetur. Vide *Convulsionem a nervi punctura*.

2. *Punctura a cuspide fracta*; *Echarde*, *D. Tissot Avis au Peuple. A.*

Si apex stylis, aciculae, spinae, aculei, ligni, cet., in fundo puncturae relinquatur, maxime in partibus nervosis, vt sub vngue, inde dolores acerrimi excitantur, et obortâ dein phlegmone recrudescent. Cuspis quantocius arte chirurgica educatur, secus cataplasmatis emollientibus, narcoticis, dolor sedetur et suppuratione promoueatur; natura hanc excitat vt peregrino corpori exitum pareret; ars, incisione abscessus opportune instituta, naturae succurrit.

3. *Punctura venenata*; *Piquure venené*. *D.*

Puncturae venenatae sunt vel a vegetabilibus, vel ab animalibus; et quidem inter vegetabilia sola est apud nos vrtica, cuius puncturae non sint mere mechanicae; in spinis enim huius plantae adeest succus acidus corrosivus, qui per tubulum in apice spinae patulum infunditur; huius vero veneni antidotum nos latet: pars vrticata viuide dolet, tumet, inflammat.

Quoad venena animalia puncturis infundenda præcipuum est venenum viperæ seu colubri veri; duos scilicet hic coluber in ore gerit aculeos osseos, plicatiles, cauos, quorum basis premit totidem folliculos succo venenato turgidos, qui in vulnus effunditur, cum animal iratum mordet: Antidotum præcipuum est alcali volatile, sub forma vel salis, vel fluoris, vt aqua luciae, cuius guttae aliquot puncturae affunduntur, et sex vel septem omni hora intus sumuntur ad fu-

dorem prolikiem: hoc sudore per diem continuato venenum foras elicetur: huius antidoti defectu valet succus raphani, erysimi, nasturtii, sinapis, erucae intus et extus admotus: valet et caro viperina intus sumta, vel eius puluis.

Praeter viperas nullus coluber, nulla lacerta venenata est; sed dantur infesta, quae venenum cum aculeo infundunt, ut vespa, apis, culex pipiens, culex pulicarius, crabro, et secundum quosdam autores aranea et scorpius.

Contra apum puncturam nullum melius remedium inuenit *Ill. Reaumur* ipsa aqua frigidâ continuo renouatâ, in qua pars puncta immersa tenetur. An his omnibus alcali volatile conueniat? Quidquid sit, ex horum infectorum veneno dolor fugax leuisque tumor sequitur, nullum vero vitae periculum, ast summum ex morbu viperae, nisi obuiam eamus. Vide *Dissertationem nostram, in Rothomagensi Scientiarum Academia coronatam, de venenatis Galliae animalibus.*

Si vespa apisue pupugerit, aculeus acicula extrahendus, folia petrofelsini tusa applicanda, decocto florum sambuci tepido pars souenda; pauxillum theriacae puncturae applicandum aliud suadent; sed mallem Reaumurii remedium adhibere.

De punctura hystricis, raiæ gloriose, trachini, cet., vide *Dissertationem de venenatis Galliae animalibus.* De punctura furiae infernalis vide *Malidem*, et *Systema Naturae b. Linnaei.*

LXV. EXCORIATIO. Ecorchure.

Excoriatio est cuticulae, vel cutis, a carnis separatio. Excoriatio est solutio, quae nullam altitudinem, et tantum latitudinem et longitudinem habet. Punctura habet tantum altitudinem, vulnus altitudinem et longitudinem.

I. Excoriatio viua. B.

Est violenta separatio cutis a carnis viuis subiectis; fit per ictus oblique inflictos, potissimum supra partes ossibus sustentatas, ut cranium, anteriora tibiae, digitos, cet.; ea summe dolorifica est et saepe cum contusione. Nihil est vtilius, quam cerato Galeni, aut puro, aut liquore Saturni saturato, primum dolorem delinire.

2. *Excoriatio phyltaenodes. D.*

Est ea, quae fit in partibus erysipelatosis per amplas phyltaenias, obortas in partibus ambustis, in gangraenosis et anthrace affectis, demum a vesicatoriis appositis; ea vero solam epidermidem a cute semouet. Ea exigit resoluentia anodyna, ut decoctum florum sambuci; in casu vesicatorii butyrum, certatum; in gangraena decoctum kinkinae, cet.

LXVI. CONTUSIO; *Meurtrissure.*

Est textus carnoſi, potissimum infra cutem, ruptio per minima puncta et vasorum contrito ecchymoma faepius infens. Fit a corporibus obtusis, partes molles cum impetu ferientibus, quae, licet cutim, vt pote tenuissimam, soluere non valentes, carnium subiectarum molliorum textum lacerant et destruunt, vnde effusio crux in textu cellulari, dolores obtusi, inflammations systrophicae, suppurations, aut gangraenae.

1. *Contusio uniuersalis. A.*

Ea est, quae fit a lapsu ex alto, a ruina domus vel mineralis corpus obruentis, a magnis ponderibus molibus, ex alto corpus obruentibus. Requiritur quies, potus diluens, phlebotomiae pro viribus repetitae, inuolutio totius corporis in pelle ouis vel bouis recens excoriat, diaeta tenuis.

2. *Contusio partialis. D.*

Periculofior est, quae epigastric, abdomini, infertur, quae pectori, etiam si nulla fractura illata sit; rumpuntur enim quandoque vasa, sanguinem intus fundentia. Requiruntur phlebotomia, fomenta ex oxycrato calido, potus ex decocto florum sambuci, chamaemeli, fero lactis mellito; diaeta tenuis; dein ad resoluentia fortiora deueniendum, ut cataplasma ex parietaria contusa cum aqua vitae, vulneraria, cet.; intus infusum ex vulnerariis herbis.

LXVII. FRACTURA; *Fraciture.*

Est separatio violenta et mechanica ossis in fragmenta, inuicem non cohaerentia.

Si enim ossa longitudinali rima dehiscant, alterutro vero extreimo sibi mutuo cohaereat residuum ossis, fractura proprie non dicitur, sed fissura.

Portentosa vis requiritur ad frangenda ossa, secundum axin compressa; verum si osse ipso, tamquam vele commodo, vtmar, apposito hypomochlio, vel infictio ictu contundente, maxime vero si corpus hominis cum impetu feratur in extreum ossis praelongi, vt tibiae, cruris, quo tamquam vele vtatur, inde fractura facile sequitur.

1. *Fractura scindens; Fracture tranchante.* D.

Ea est, in qua ossis fragmenta sunt pauca et non contrita, sive sit transuersa, sive obliqua, quae periculosis, sive fiat ab ictu corporis secantis, contundentis, sive a globis plumbeis vi ignis explosis et artus nitide secantibus, quae vltimae fracturae, vt pote complicatae cum vulnere sclopetario, huius vulneris prognosin sequuntur.

2. *Fractura atterens; Fracture avec fracas.* D.

Estea, quā ossa in minima fragmenta quasi commollita sunt et comminuta, vt accidit cum a plastro onusto fibrae contineantur.

Fractis ossibus artuum, si eorum extrema e loco suo dimota fuerint, musculi, vi sua elastica retrahēti, partem fractam attrahunt, distorquent, artum decurtant; periosteum, vasā, membranas vicinas mire dilacerant haec ossa per vim distracta; hinc dolor atrox, inflammatio, pyrexia, conuulsio, perugilium; in capite vero morbi conuulsiui, soporosi; in pectore orthopnoea, pleuritis, malaque alia pessima, dolorificas etiam operationes exigentia, quae apud autores aptos inquirantur.

LXVIII. FISSURA; *Fisure.*

Est separatio ossis in duas partes rima tantum diffitas, et alterutro saltē extremo cohaerentes.

Ea potissimum locum habet in ossibus laminatis, vt crānio, et est cum, vel sine ossis filii depressione, cum maiori vel minori hiatu, cum maiori, vel minori, cerebri commotione; inde vero morbi capi is dirissimi, de quibus chirurgica scripta

consulantur; periculum vero vel à commotione cerebri, vel ab extrausafatione cruris dependet potissimum. Vide operationem trepani.

LXIX. RVPTVRA; *Rupture.*

Est tendinum, vel ligamentorum, aut cartilaginum, solutio, vel vehemens disfraccio, cum, vel sine, exarthremate.

Sic rumpuntur tendines Achillis in vehementi saltu, ligamenta articulorum in exarthrematis fracturà; ligamenta vertebrarum; cartilagine, acetabulum in articulis efformantes; membranae aponeurotiae, calyptam circa caput articulare efficientes; ea omnia morbos, extus sensibiles, procreant; sed praeterea ruptis ligamentis, viscera colligantibus, uterum, liinem, hepar, in sua sede firmantibus, morbi interni cogniti difficiles excitantur.

LXX. AMPVTATVRA, *Linnæi Gen. 241. Coupure.*

Est solutio continui in partibus tum molibus, tum ossis, cum artus, articuli vel partis totali separatione a residuo truncо; vocatur exstiratio si de mamma, teste, carcinomate agatur; amputatio vero est operatio, qua fiunt haec vulnera, vel hae fracturae, quas amputuras vocamus.

Vana est spes agglutinandi partes detruncatas, nisi de dentibus aulifis quaestio sit, licet insitio partium plurimarum in plantis, digitorum in aulibus, succedat. Superest, ut sanguifluxus sistatur compressione, boleto igniario, linteo carpo appresso, ligaturis; ut inflammatio dolorque arceantur. viciunt tenui, situ commodo, phlebotomiis, potu antiphlogistico; et ut cicatrix concilietur.

LXXI. ULCUS; *Ulcere.*

Est partium molium erosio purulenta, cute profundior, cum pure ichorofo, vel vtcumque vitofo.

Dissert a vulnere suppurante, cuius pus forte sine villa erosione aut dissolutione solidorum fit, aut nullo vitio inqui-

natum est, sed album, spissum, blandum et cicatrici accelerandae aptum, quippe quod granulatae carnis incrementum iuuat et ab aëre tutatur; vlceris vero liquor est vel tabum, vel ichor, vel pus acre, foetens, rodens, quod ut plurimum a cacoehymia sanguinis souetur. Vlcus vel in corpore cacoehymico, vel a vulnera neglecto, male curato, vel ab apostemate aperto procedit, vel suppletur caro exesa ab excrescentiis fungofis, vel saltum fundus amplius definit in orificio amplius, et in hoc discrepat a sinu, fistula, cet.

Vlcerum species iuxta Heisterum sunt vlcus cacoëtheum, callosum, cancrosum, dysepuleton, cryspelatosum, fistulosum, putridum, scorbuticum, serpiginosum, cet.; venereum, verminosum, cet.; quibus addit cutaneum et superficiale, quod exulceratio est, et vlcus fascinatum ac magicum, de quorum realitate dubitare licet.

LXXII. EXVL CERATI O; Exulceration.

Est ad vlcus, quod excoriatio ad vulnus, vel est excoriatio vlerosa suppurrans; vnde patitur differentias easdem ac excoriatio, et easdem species ac vlcus.

LXXIII. SINVS; Clapier, Sinus.

Est cauitas vlerosa, cuius fundus amplius, saepe multiplex, definit in angustum orificio.

Fit non raro ex pure difficile exeunte, quod partium motu pressum, iuxta textum cellulose, vicinarum partium intercapedes penetrat. Ut vero sanctur sinus mutandus est in vlcus patulum.

LXXIV. FISTVLA; Fistula.

Est canitas ulcerosa, sinuosa, cuius parietes callosi sunt ut plurimum, aut fundus ad os cariosum, arthrocace corruptum, pertingit; parum differt a sinu, et ut sinus, in vlcus mutanda est, ut vlcus in vulnus mutandum, ut sanari queat,

LXXV. RHAGAS; Gercure.

Est solutio continua secca in partium marginibus, ut in labris, papillis, podicis, vulvac, marginibus; differt ab v-

cere defecu puris et ichoris. Aliae rhagades sunt congenitae, vt rhagades lagostoma, vulgo *bec de lievre*: aliae vicerofae, siccae, vt rhagades venerea; aliae simplices, vt rhagades a frigore, quae labii, et rusticorum manibus pedibusque hemic accedit; nec non rhagades ab acribus, vt accedit ancillis lixiuum calidum incaute tractantibus. Dantur et rhagades malignae extensae in lepra Asturiensi, frambezia americana cet.

LXXVI. ESCAR A; Escarre.

Est cruxa sicca, mortua, fluidis solidisque corporis humani coagmentata. Si pars quedam cauterio actuali vel potentiali comburitur, ea pars sicca, dura, aspera, sensus et vitae expers, proprie *Escarra* dicuntur, quae grisea a lapide infernali, argentei coloris a butyro antimonii, nigra a plumbagine, igne, euadit; eius lapsus est opus naturae, quae suppurationem partium suppositarum excitat, iuvatur autem cerato Galeni, butyro, et similibus. Verum escarae nomen etiam extenditur ad fibras et filamenta, laciniasque membranarum in ulceribus mortuas, ad cruscas siccas, nigras, quae variolae, pustulis, herpetibus, leprae, aliisque similibus exanthematicis supervenient.

LXXVII. CARIES; Carie.

Ossis suo periosteo denudati decoloratio, asperitas, exfoliatio et subsequens fragilitas ac erosio *Caries* dicitur, cuius varii gradus hac definitione continentur; *Caries* enim *incipiens* se prodit periostei separatione, colore ossis albo, semipellucido, dein nigricante, odore foetidissimo; *Caries* vero *perfida* ichoris foetidi exitu, fragilitate teredinosa, asperitate et excavatione vleerosa determinatur. Diuiditur caries in *siccum*, quae diutissime et in dentibus (sine foetore et dolore) permanet, et in *humidum*, quae citius progreditur, os excusat, et ichorem foetidum non sine dolore emittit. *Caries incipiens* est ossis necrosis, *progrediens* est ossis vicius. Laminarum ossicularum, quae mortuae sunt, separatio per squammas facta *exfoliatio* dicitur; mortuarum squamarum a viuis separatio, opus naturae et artis, cariei curationem absoluit. Ars utitur cau-

sticis, scalpris; et cum os cariosum facile ab aliis auferri potest, ut dens cariosus, articulus, ea extractio vel amputatura promptius est auxilium. Caries diuiditur in puram, syphiliticam, scorbuticam, scrophulosam, cet.

LXXXVIII. A R T H R O C A C E . *Epine ventosa.*
v. *Exostosia.*

Est ulcus medullae ossium, saepius in epiphysibus, cum carie, exostosi et dolore: quia pueris rachiticis scrophulosaque saepius accidit *Paedarthrocace* dicitur, et ob dolorem ac tumorem intus cauum *spina ventosa* Latino-barbaris vocatur. Arthrocaces tot sunt species, quot exostosium et carierum; dantur scilicet purae, venereae, cancerae, variolosae, scorbuticae, rachiticae. Vide *Petit maladies des os.* Dolor nunc pendet ab exostoseos acumine, nunc a periosteis interni erosione.

Breuiissimam tum plagarum, tum quorumuis vitiorum, synopsin tradere fuit animus, non vero eorum diagnosin, species, prognosin, et curam docere, quod vastum opus exigebat; vitia enim respicimus tantum tamquam principia elementaque et symptomata diuersorum morborum, de quibus in clasibus sequentibus sumus solliciti. Qui plura voluerint, illi eximia *Petiti*, *Platneri*, *Garengeot*, *Heisteri*, *Ludwigii*, opera chirurgica consulant.

ICONVM EXPLICATIO.

- Tab. I. Fig. 1. 2. Strumae Bunsgenium e I. A. Fischeri d.
3. Tumor cysticus colli, qui laryngem
a. versus aurem dextr. propulit.
- Tab. II. Fig. 1. 2. aneurysmata.
3. 4. corum statutus internus.
- Tab. III. Fig. 1. a. pars ossis femoris resecti.
b. patella.
c. tibiae pars supra, anchyloso exemplum.
2. a. patella concreta cum
b. tibia.
c. pars exigua, vbi cartilago supereft. aliud ex. A.
3. luxatio ab abscessu in genu orta.
a. os femoris.
b. patella.
c. pars femoris inferior.
d. pars tibiae posterior.
e. fibula.
4. tumor tunicatus,
a. femur.
b. tibia.
c. genu.
5. tumor fungosus.
a. femur.
b. tibia.
c. genu.
d. tumor, quasi ex petiolo pendens.
6. anchylosis et durus tumor in genu.
a. femur.
b. tibia.
c. tumor.
7. hydarthus.
8. tumor aneurysmaticus in poplite, scirrum etiam
huius loci indicaturus.
- Tab. IV. Fig. 1. a. a. peritonacum ruptum et diff.
b. vena cava.
c. c. c. mesenterium.
d. d. d. pars intest. desc. ab intestino
e. e. e. compressi.
f. f. f. inuaginatio faluo mesenterio conting.
2. 3. dd. ee. eademi indic. ad inuagin. offendendam.
- Tab. V. Fig. 1. introspectionis in ileo exemplum.
2. epiploosceoceles aut. si manu, herniam etiam con-
genitam sifstens, exempl.
a. a. Saccus herniae *externus*; tunica vaginalis te-
stis et funiculi spermatici comm.
b. b. saccus herniae *internus*, delapsa peritonaci
pars, aperta.
c. c. tunica vaginalis testis propria.
d. d. annulus, a peritonaei cum tunica vaginali
testis coalitu.
e. e. duea chordae oblique ex annulo descendentes.
f. f. omentum in cylindrum compactum.

- g. g. eius pars, faccio annexa, teste et paraftam ambiens.
- h. testis pars superior.
- i. epididymidis caput.
- k. funiculus spermaticus.

Tab. VI. ad explic. herniam congenitam.

Fig. 1. a. testicul. d. cum epididym. adscendentii peritonei processu cylindrico Hunt. iam complicato inhaerens.

b. b. vasor. spermatis. vestigia.

c. c. duct. deferens.

d. processus peritonaei descendens.

e. peritonaei ossium fin.

f. vesica vrinaria.

2. a. a. annul. abdomin.

b. vasa spermatis.

c. c. testic.

d. d. vasor. crural. transit. per muse.

e. e. peritonacum.

f. f. umbil.

g. g. arter. umbil.

h. vrachus.

i. vesica vrinaria.

3. exempl. herniae inguinalis sanatae, in duob. orifice. artific. ex. sec. Adv. Harlem. T. 2. p. 422.

4. ex: herniae vesicae vrinariae, fist. Arnz. cit. p. 280 B.

a. umbil. vestig.

b. vesica.

c. penis.

Tab. VII. Fig. 1. hydroceles exemplum.

2. farcoceles seu herniae carnosae ex.

a. a. tunic. testic. scirrh. albug.

b. b. cellulosa.

c. incis.

3. testiculus scirrhosus et exuleratus.

aa. eius pars superior, anterior, max. exule.
bb. tunic. semen. tumidus, dissectus.

Tab. VIII. Fig. 1. 2. ossis femoris, carie exes, exemplum.

3. fractura vertebrarum quartae corporis in medio fiss.

4. fractura laminarum ab obliqu. proc. ad spin. contin. in lat. dextr.

5. fracturas ossis femoris exempl.

Tab. IX. fistis osteofeatoma recens in ipso pelvis cavo, post v. hem. diduct. ossis iliei sinistri ab osse sacro in XL. ortum,

Tab. X. seatomatis portio abscessa, ad naturam expresa coloribus, vbi moleculas ossreas interspersas arcis, materia alba, pinguedini simili constantibus, facile distingues.


ta-

ito-
pli-

fic.
22.
B.

in.

ve-
cro
ri-
cis,
us,



Tab. I.

Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 2.




Fig. 1.



Fig. 3.







Tab. II.

Fig. 3.





Fig. 4.



Tab. II.

Fig. 1.




Fig. 3.






Fig. 2.



Fig. 4.







Tab. III.



Fig. 6.




Fig. 8.











Fig. 1.







Tab. V.

2.



Fig. 1.



Fig. 2.





Fig. 1.







Tab. VI.




Fig. 4.










Fig. 2.



Fig. 1.




Fig. 3.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-738535-p0359-3

DFG





Tab VIII.







Tab. IX.








Fig. 1.



Fig. 2.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-738535-p0371-6

DFG

Ud 249
S (1)


V078

ULB Halle
006 313 035

3



W. G.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES

NOSOLOGIA METHODICA

S I S T E N S

AEGRITVDINES MORBOS PASSIONES

ORDINE ARTIFICIALI AC NATVRALI.

CASTIGAVIT EMENDAVIT AVXIT

ICONES (IAM X.) ETIAM

AD NATVRAM PICTAS

A D I E C I T

C. F. D A N I E L.

T O M . I.



O. T. Saft. 1599.

L I P S I A E

S V M T V E. B. S C H W I C K E R T L
A. M D C C LXXXV.